



St. 20. 1711



DISPUTATIO IURIDICA 35  
DE

# DISCRIMINE TEMPESTATIS MARINAE,

*See = Schaden /*

*occasione l.3. Cod. de nautico foenere.*

*QVAM*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINA

DN. PHILIPPO WILHELMO,  
PRINCIPE PRVSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBVRGICO,DVCATVS MAGDEBURGICI GUBERNAT.

*RELIQVA.*

IN REGIA FRIDERICIANA

P R A E S I D E

DN.IVSTO HENNINGO *Böhmer*

D. PROF. PVBL. ET FACULT. JVRID.

ASSESSORE,

PATRONO AC PRAECEPTORE SVO AETERNUM  
DEVENERANDO

IN AUDITORIO MAJORI.

AD DIEM 15. NOVEMB. A.M.DCC. LIX,  
PVBLICO ERUDITORVM IUDICIO SVBMITTIT.

AVTOR.

HENRICVS KELLINGHUSEN,  
HAMBURGENSIS.

---

*HALÆ MAGDEBURGICÆ.*

TYPIS JOH. CHRISTIANI ZAHNH, ACAD. TYPOGRAPHI.



DISPUTATIO MARIAE

DISCRIMINIS  
LITERARUM  
MARIAE

1580 = 1581

LECTORIS AESTHETICAE ET HISTORIE

IN PRAESERTIMO VITIUM  
PRAECEPSA ET MIROR OROBRI DILEXERAT  
GODOSAT A MIGDOL FOE OPERANTUR

IN REGIA FEDERICIANA

DISPUTATIO MARIAE



DISSE RATIONIS  
DISCRIMINE TEMPESTA-  
TIS MARINAE.

Cap. I.

DE VARIIS GENERIBVS DISCRIMINIS.  
TEMPESTATIS MARINAE.

s. I.

**N**atura abhorret a morte, imo & audacei fu-  
giant, quando iam prope mortem vident, ut horret a pe-  
nit Sophoc. in Antig. v. 585. & tamen, riculis,  
quod mireris, homo tot periculis se expo-  
nit, tantaque discrimina subit, quæ  
præsentem sepe mortem præfigunt.  
Et pericula sane sunt rarissima, quæ si offendas  
minimum damnum, sive feliciter geras, ma-  
ximas utilitates afferunt, vt recte judicat Gylippus apud Thucy-  
didem lib. VII. In tantum enim cupiditatibus suis regitur ho-  
mo, vt etiam pericula non necessaria subeat, modo finem, quem  
intendit, obtinere possit, vt ut lucrum, quod exinde sibi pro-  
mit,

2 Cap. I. DE VARIIS GENERIB. DISCRIM.

mittit, tanti pretii non sit, vt vitam propterea tot exponere periculis necessarium habeat. Bene Horatius lib. I. Ode III: audax omnia perpeti, gens humana ruit, per vetitum nefas, nil mortalibus arduum est. Longum imo infinitum foret, si hoc ipsum ex ipsis rerum argumentis declarare sufficerem, quæ cuius obvia sunt, & in vita hominis quotidiana occurunt. Sufficiat, nunc quidem ad discrimina tempestatis marine prouocare, quæ licet sat ardua & terribilia sint, non tamen deterrent homines a nauigationibus, non impediunt, quo minus homo se infido mari committat, & neglectis quibuscumque tempestatis per aquora currat. Quem deterrent exempla eorum qui in aquis perierunt, qui iactura omnium bonorum suorum in mari fecerunt? Cum itaque talis sit conditio hominum, vt pericula maris haud exitent, inde evenit, vt non raro quoque in Iurisconsultorum scholis de dannis in mari perpetiis, & de naufragiis concertationes exsurgant, & legum auxilium exposcant, & ita a scopo nostro quoque haud alienum judicaui, istorum naufragia ex terra intueri, & quasi in littore positus, discrimina tempestatis marine secundum legum præcepta euoluere, & publica differentiatione, quid circa illa iustum sit, explicare.

*Transitus  
ad thema  
propositum.*

*Ratio Ti-  
muli.*

§. II. Denominationem rubricæ desumfi ex l. cum proposi-  
tas 3. C. de nautico foenore, vbi Imperatores amissarum mercium  
damnum non ei in casu proposito adscribendum esse censem, qui suscepérat periculum ex hac ratione, quod non ex marine  
tempestatis discrimine sed ex præcipiti avaritia & in ciuili debito-  
ris audacia accidisse adseueratur. Denotat ergo discrimen tem-  
pestatis marine periculum, quod ex mari tempestate oritur, quo  
sensu in jure sape hæc vox alias deprehenditur, ut in l. 1. C. quæres  
vend. l. vli. C. de poen. jud. l. 16. C. vbi causa ficit l. 39. §. 1. de leg. 3. l. 7.  
ff. de iniur. Sicuti vero periculi significatus in iure varius &  
ambiguus est, & sape pro effectu periculi h. e. casu qualibet aut da-  
mino tam fatali quam culpo accipitur, ut in l. 5. ff. commod. l.  
no. §. fin. eod. l. 19. ff. de hered. petit. l. 14. §. 1. inf. ff. de furt. ita discri-  
men non tantum periculum ipsum, sed etiam effectum eius poti-  
ssimum, seu detrimentum denotat, quamuis incit. l. 3. maio-  
ris

## TEMPESTATIS MARINÆ.

ris de claracionis gratia simul mentio fiat *detrimenti*, quod ex discrimine tempestatis marinæ accidit. Vnde etiam in vernacula *Unglück zur See & See-Schäden* sepe promiscue sumuntur. Hic itaque non tantum agendum est de variis casibus & infortiis maritimis circa nauigationem obuenientibus, sed etiam de ipso damno, quod inde accidere solet. Porro et si discrimen tempestatis marinæ tantum illud detrimentum denotet, quod *ex tempestate von Ungewitter* reddundat, non raro tamen etiam hæc vox metaphorice etiam in genere *perturbationem, perniciem & infortunium* de notare solet, & ita in genere quodvis infortunium maritimum hic quoque de-notat.

§. III. Ut itaque ius ad factum, ad varios casus & tot di. *Progressus* serimina rerum applicari posit, paulo distinctius & specialius *ad ipsum* discrimina varia marina intuebimur, memores illius, quod *thema*. Poëta canit:

*Suave mari magno turbantibus aquora ventis  
E terra magnum alterius spectare laborem.  
Non quia vexari quemquam est incunda voluptas  
Sed quibus ipse malis careas, quia cernere suave est.*  
vid. Lucretius lib. II.

§. IV. Quisnam prima ratis molitor fuerit, & intutum *De autore* hoc iter primus ingressus fuerit, antiquorum magna & insuperabilis fere est contentio, vti appareat ex tot sententiis veterum, quas curiose collegerunt Lilius Gregorius Gyraldus de natura, c. 1. & Polydorus Vergilius de invent. rerum lib. III. c. 15. Sed cum nostrum non sit, tantas componere elites, & tota haec quaestio magis curiosa, quam utilis sit, superseedebimus huic labori, illud interim facile indulgentes, audacissimum illum fuisse, qui primus nauigationem instituit, si pericula & discrimina consideramus, quibus nauigantes omni momento expositi sunt. Grauissimis pro more hoc exponit verbis Horatius lib. I. ode 3.

*Illi robur & as triplex  
circapeditus erat, qui fragilē truci*

Cap. I. DE VARIIS GENERIB. DISCRIM.

commisit pelago ratem  
primus, nec timuit precipitem Africum  
Decertantem Aquilonibus;  
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti,  
quoniam arbitri Adrie  
Maior tollere supponere vult freta:  
quaerat mortis immit gradum.  
quis fecit oculis monstra natans?  
sunt magi qui vident mare turgidum.  
infames scopulos Acrocerania.

Unde Plutarchus in vita Catonis refert, eundem dicere consueuisse, se pro tribus rebus per omnem vitam poenitentiam egisse; si quod arcanum mulieri credidisset, si per aquam traxisset quo poterat terra profici, si aliqui dies per incuriam sine studio transficeret. Similiter Seneca in Med. v. 301. ad mentem Horatii canit:

Audax nimium, qui freta primus  
Rate tam fragili perfida rupt  
Terraque suas post terga videoas  
Animam lenibus credidit auria:  
Potuit tenui fidere ligno.  
Inter vitæ morisque vias  
Nimium gracili limite dutto.

An damna §. V. Ex quo statim concludendum esse videtur, discriminaria mina tempestatis marina inter casus fortuitos haud esse referenda, sed magis culpa adscribenda, cum imputandum ei vis fortuitos deatur, qui se periculo temere commisit. Qui enim periculo referri posse exponit, vitæ renunciare dicitur, l. principes. C. de princip. agent. in rebus ibique glossa conf. Sigismund. Scacc. de commerc.

§. I. qu. 7. p. 1. n. 17. & in L. mela. II. pr. ff. ad L. Aquilam culpa adnumeratur, si quis loco periculooso se commiserit. Admodum scite Plautus in rudeente act. II. sc. 6. V. 1. ait:

Qui homo se miserum & mendicium voler,  
Neptuno credit, seque atque etatem suam:  
Nam si quis quid cum eo rei commisicit.  
Ad hoc exemplum amittit ornatum domum,

§. VI.

MIS TEMPESTATIS MARINÆ. I. 3

§. VI. Hoc intuitu non defuere, qui nauigations in totum reprobarent, & in classem rerum illicitarum ponerent. Sic re licitum Ferdinandus Vasquius lib. I. quæst. ill. c. 20, §. 21 diserte ait: *se si secundum quæ, quam naturæ hominum insitum sit, sui corporis periculum, vitare, tam iuribus naturæ debitum esse intelligendum est, ut non audient nauigare.* Et n. 22. concludit, nauigations andere aut captare esse contra ius naturale & contra tutelam & defensionem sui corporis uniuersique naturæ datum. Idem lib. II. c. 51. n. 45. audacius ait: nauigare etiam impossibile reputatur, ne dum nimis difficile, nec quicquam est, quod magis ipsi naturæ adversum pugnans contrarium esse intelligatur, quam nauigatio. Ipse Horatius lib. I. od. 3. quoque iudicauit nauigationem esse nefas, dum ita canit:

*Nec quicquam Deus absidit*

*Prudens Oceano dissociabili*

*Terras, si tamen impie*

*Non tangenda rates transfluit aquora.*

Idem lib. III. ode 24. eandem sententiam repetit:

*Quid leges sine moribus*

*vana proficiunt? si neque ferendis*

*Pars inclusa caloribus*

*Mundi, nec boreæ finitimum latus*

*Durat, et que solo niues*

*Mercatorem abigunt? horrida callidi*

*Vincunt aquoranaante.*

Neque dubium, quin hoc intuitu Lycurgus lege cauerit, ne Spartani vel nautæ fierent, vel nauali prælio pugnarent. Plutarch. in *Lacon. insit.* p. 239. lit. D. Ipse Columella *pref. lib. I.* iudicat, quod homo terrestre animal rampat fædus naturæ. add. Rappolti *Comment. in Horat. ad od. 3 lib. I.* vbi idem testimonio Xe-nocratis confirmat.

§. VII. Alii vel ideo nauigationem nefas esse iudicarunt, *Sententia* quod secundum Hesiodi mentem graue esse indicauerint, mori Ethnico-in suetibus. Scilicet Stoicorum Philosophia hæc erat: animam in rum de his gnis aerisque temperamentum licet post corporum solutionem duratur, qui in aquis ram, ipsam tamen esse corpus tensissimum & nanfragio obrui & extin- percunt.

6 Cap. I. DE VARIIS GENERIB. DISCRIM.

qui posse. vid. Pétrus La Sena de iis qui in aquis pereunt. c. 3. Adscribunt hoc dogma potissimum Homero, quod Synesius publice professum esse constat, vid. *Synes. Epist. 4.* & plenius probat La Sena cit. tr. c. 9. Inde quidam crediderunt, parricidas vel ideo in aquis abiici solitos fuisse, vt propter tam enorme crimen non corpus modo, sed, si possibile foret, etiam ipsam animam extinguerent, delerent, & suffocarent Iacob. Guther, *de iure mar. lib. I. c. 9.* Petrus la Sena cit. l. c. 9. Eiusdem sententia fuisse Virgilium, dum lib. I. *Aeneid.* Aeneam ingemiscit enim inducit, putat Seruius, aiens: *Ingemit non propter mortem, sed propter mortis genus, nam secundum Homerum graue est perire naufragio. Nam anima ignea extingui videtur.*

*Generalis responsio ad prece-  
dentes ob-  
jectiones.*

§. VIII Verum non necesse esse duco longo circuitu vti, in reiciendis sententiis, cum dogma Homericum satis infanum sit, & immortalitati animæ repugnet, de qua sapissime Ethnici titubarunt, quanquam Synesius Episcopus excusari non potuit, quod suscepito episcopatu dogma illud nefandum veritati scriptura sacræ anteposuerit, plus Homero suo, quam Deo credens. Vasquii argumenta itidem satis leuia sunt, cum non omne, quod periculis obnoxium est, repugnet iuri naturæ. Neque enim nauigantibus tantum trifiores casus imminent, sed etiam qui terrestribus se implicant negotios: illum bellantem arma decipiunt: illum diis vota reddentem penatum suorum ruina sepelit: ille veiculo lapsus properantem spiritum excusat: cibus auidum strangulavit, abstinentem frugalitas, si bene calculum ponas, ubique naufragium est, ait Loccenius *de iure marit. lib. II. c. 1. §. 3.* Quin etiam in sacris ex ipsa nauigatione Dei prudenter admiranda prædicatur, quod *dei viam in mari Proverb. XXX 19.* & inter fluetus semitam firmissimam. *Sap. IV. 4.* Nec quod ad abusum trahantur, statim ipsam rem illicitam facit. Si magna pericula nauigationem sequuntur, sunt tamen earum quoque sua commoda, quæ ex ea in totum genus humānum redundant, quæ summatim expendit Stypmann. *de iure maritimop. I. c. 2.*

*Non omnia  
damna ma-*

§. IX. Ex quo nunc concludo, quod non omnia discri-  
mina

## TEMPESTATIS MARINAE.

mina tempestatis marinae culpx sint adscribenda. Hoc admitto, culpe ad-  
quod, qui in re illicita versatur, illi omnia imputentur, quae e-  
xinde sequuntur. Verum haec tenus ostensum est, nauigatio-  
nem esse rem licitam iuri naturæ haud repugnantem, cum  
promoueat commercia inter gentes, & rebus publicis admo-  
dum proficia, ne dicam necessaria sit, quo intuitu recte iuris  
gentium dici potest l. s. ff. de J. & J. cum necessitate exigente  
inuenta fuerit §. 2. J. de J. N. G. &c. Vnde naufragium in iure  
etiam inter casus fortuitos resertur §. 2. Inß. quib. mod. re contrah.  
obligat. l. 12. §. 1. ff. de naut. & equiparatur vi maiori l. 3. §. 1. ff.  
naut. caup. ftab. & qui periculum nauigationis suscipit, ca-  
sum fortuitum suscipere dicitur. l. 3. ff. de naut. foen. l. 3. eod.  
Eod. conf. Libanius in fine Basil. vbi egregie de utilitatibus nauig-  
ationum edisserit. Satis scite nauta quidam pericula maris  
metuentibus respondisse fertur; interrogabatur enim, vbinam  
mortuus esse eius pater? in mari respondit. vbinam auus? ibi-  
dem. at tu cur mare ingredieris? tui reciprocata interrogatione,  
sic interrogantem nauta alloquitur: amabo dic mibi, vbi pater  
ruu mortem cum vita commutauit? in leto; & vbi auus decessit? in le-  
to. Curigitur & Tu ipse leto cum ingredieris?

§. X. Quemadmodum vero alias damna sunt varii ge- Diuersa ge-  
neris, ita quoque discrimina maritima ex diuersis fontibus o- nera da-  
riri possunt. Quædam enim meris casibus fortuita adscribun- mnorum  
tur, si talis inopinatus euentus accidat in mari, qui humano maritimo-  
consilio & prouidentia præcaueri & auerti non potuit l. 6. §. 7. rum(1) per  
de off. pref. l. 1. §. 4. ff. de O & A l. 15. §. 2. loc. l. 2. §. 7. de adm. rer. ad casum.  
ciuit. Vnde etiam notanter casus improuisus dicitur l. 13. cod. man-  
dat. & fatalitas l. 1. cod. de iure Emphyt. fatale autem malum nemo  
effugere potest ut ait Sophocles in Antig. vers. 1444. Et alibi vers.  
1067. idem afferit: sed fatalis potentia potens est, nec eam imbrues, aut  
mors, nec terris nec stridentes celeres naues effugerant. Hoc intuitu  
in l. 11. §. 5. de minor. dicitur: quod fatu contingit, cuius patri fami-  
lias quamvis diligentissimo potest contingere.

§. XI. Quædam per culpam contingunt. Hæc opponi-  
tur diligentia, & cum diligentia habeat suos gradus, ideo et-(2) per cul-  
iam pam.

8 Cap. I. DE VARIIS GENERIB. DISCRIM.

iam culparum gradus vulgo tres statuuntur. Cum enim in moralibus non ad punctum ut in mathematicis omnia certa mensura & quantitate determinari possint, hinc ratio postulat, ut summum, & infimum gradum & inter has intermediate assumamus. Hoc posito, qui gradum summum diligentia omitit, culpam leuissimam, qui infimum, latam, & qui medium negligit, leuem culpam committere dicitur, parumque refert, siue in omitendo siue in committingo peccetur. *conf. l. 121. de R. I. l. 91. §. 1. de V. obl. l. 10. pr. §. 7. ff. locat.* Et quia in contractibus non semper eadem diligentia a debitore requiritur, inde culpa, prout in contractibus praestanda est, consistit in omissione diligentiae debite: qui enim gradus diligentiae haud praestatur, eius omissione quoque culpa non annumeratur. Ceterum extra contractus si damnum inferatur, graduum culparum non habetur ratio, sed indistincte etiam culpa leuissima praestanda est. *l. 44. ff. ad L. Aquil.*

(3) per dolum. §. XII. Quædam discrimina marina ex dolo alterius eveniunt. Dolus autem est proaresis, seu propositum, quo data opera a sciente & volente damnum datur. *l. 7. §. 2. de adm. tut. l. fin. §. 1. de in vnd.* Vnde semper tales personæ presupponuntur, quæ doli participes sunt: neque enim furiosi damnum hoc modo facere possunt. *l. 14. ff. de offic. præsid. l. 5. §. 2. ad L. Aquil.* Interim dolus non praesumitur, sed probari debet. *l. 51. pro soc. Klock de contribut. c. 19. n. 667.*

(4) iure licito. §. XIII. Denique quædam damna maritima iure permisso fiunt, nullaque iniuriam habent. Toties autem iure licito damna data esse videntur, quando quis in mari seu navigatione suo iure vtitur: qui enim suo iure vtitur nemini facit iniuriam. *l. 55. de R. I. l. 3. §. 2. ff. de lib. hom. exhib.* Neque enim conqueri potest de iniuria sibi facta, qui aedificando luminibus alterius officit, si seruitus nulla sit constituta, nec qui puteum fodit, licet alteri aqua subtrahatur. *l. 24. in f. l. 26. ff. de dann. inf. l. 129. ff. de R. I. l. 6. §. 6. que in fraud. credit.* In mari itidem multa huiusmodi damna occurrere possunt, vti infra videbimus.

§. XIV

## TEMPESTATIS MARINÆ.

§. XIV. Cum non raro contingit, ut dubium emergat, Potissimum vtrum damnum iure licito an casu fortuito, an vero culpa factum confuetus, ideo antequam varios marinæ tempestatis casus referamus dinis mari & excutiamus, præcautiones quædam præmittendæ sint. Pri-  
ma est: in dñnis datis eorumq; diuindicatione potissimum respicendum habenda.  
est ad consuetudines nauticas seu maritimæ. See coutumen, vt vocantur, vtrum secundum an contra illos actum fuerit. Re-  
neuentus Stracha de nauigat n. 24. Maris consuetudo enim ante omnia seruanda est Baldus in l. 3. §. 4. de offc. proc. Petrus San-  
terna de asscurat. p. 4. n. 10. modo non sit reprobata a iure, qua-  
lis erat consuetudo, bona naufragorum occupandi, & fisco ap-  
plicandi, quæ disertis verbis reprobata est in art. 218. C. Carol.  
criminal. ibi: desgleichen an vielen Enden der Missbrauch / so ein Schiffsmann mit seinem Schiff versahret / Schiffbrüchig würde/ dass er alsdann der Obrigkeit mit Leib und Gütern verfallen seyn soll. Gail. t. obf. 18. n. 6. vbi in causa Hamburgensium contra  
Duces Holsatiae pronunciatum esse asserit. Quando ergo quid factum in nauigatione, quod consuetum est, commu-  
niter fieri, in eo culpa nulla est. Crauettæ cons. 6. n. 88. Vol. 2. cons.  
Marp. 20. n. 19. maximi enim in rebus dubiis mores loci vel ma-  
ris attendi debent l. 34. de R. I. Crauettæ cons. 206. n. 14. Declarat  
hoc ipsum Ill. Dn. Stryck in vs. mod. ad tir. de exercit. art. in casu,  
de quo in patria mea valde disputatum fuit, vbi nautæ impu-  
tabatur, dass er ohne Conuoye gesegelt/ qui tamen omnem lapi-  
dem mouerat , vt sibi tutela nauis cuiusdam Bata-  
uicæ nauigaret , sed antequam in tutelam eius veni-  
ret, in manus hostium der See-Capers inciderat, vbi prouo-  
catum fuit ad consuetudinem nauticam, quod secundum eam  
egisset, dass es selten möglich wäre/ dass die Schiffer von ihrer Ab-  
segelung solche Unterredung mit dem Conuoyer pflegen könnten/  
sondern dass vielmehr im Gegentheil die coutume durchgehends  
also wäre/ dass die Schiffer die Conuoyer in der See suchen mü-  
sten/ daher der Schiffer Kruse es an nichts versehen/ als welcher  
die See-Coutumen accurat obseruirt.

§. XV. Altera regula est, ut in rebus nauticis potissimum ste-  
ritorum per iudicium peritorum, qui peritiam rei nauticæ habent, peritis e-  
standum.

B

nim

Judicio pe-

10 Cap. I. DE VARIIS GENERIB. DISCRIM.

nim in arte sua credendum est, Pacianus de locat. quest. 34. §. 5. Stracha de nauigat. n. 25. conf. 12. ff. de star. hom. quem in fine in iuramento obstricti iudicium suum ferre debent. Res nauticae sunt eius natura, ut a iudicibus quibuscumque non semper intelligi possint, quippe quæ peculiarem suam peritiam exposcunt. Sic in patria mea peculiare iudicium Admiralitatis Admiralitatis-Gewicht constitutum est, in quo cause nauticae expenduntur ab eiusmodi Assessoribus, qui singulari nauticarum rerum peritiam habent. Conf. Dn. Werlhof diff. de iudicio admirali. Hamburg. unde non facile transmissiones aetorum ad extraneos Iurisconsultos, qui harum rerum notitia destituuntur periori, permitti debent, vt patet ex sequenti responso, quod ab ill. Dn. Strykio mihi benevolè communictatum, & Mens. Mai. 1707. conceptum est, vbi quaestio incidebat in causa assurcationis Ob ein HochEdler Rath in Hamburg in dieser Assurantz-Sache nicht besugi sey selber zu sprechen / und die Verschließung abgeschlagen werden könne?

*Quaestio.*

*Rationes  
dubitandi.*

*Rationes  
decidendi.*

Bey dieser Frage könnte zwar eingewandt werden, daß 1.) die transmissio actorum ordentlich denen Parteien nicht abgeschlagen werden können, absonderlich wenn derjenige, so dieselbe vrgibt, hierzu rechtmäßige Ursache zu haben vermeinen, welche dem Anschein nach sich allhic befinden, indem 2.) Befl. nicht hoffen dürfen, daß Dn. Iudices anders in dieser Sache sprechen werden, als bereits in causa plane simili & eadem Kraft contra König & cons. gesprochen worden ist, auch ferner 3.) bey den Iudicib. ad quos dieser besondere Umstand sich findet, daß unter ihnen unterschiedlichen Hn. des Raths anzutreffen, welche Iudices a quibus gewesen, und also Befl. billig zu verhüten, ne eundem iudicem in prima & secunda instantia habeant, auch 4.) Befl. vermeinen, daß Hl. im Rath mehr Freunde als Sie haben, und also die vota vor Sie nicht fallen möchten, ia 5.) gnug seyn könnte, daß die Herrn des Raths bereits in causa hac plane simili gesprochen, inde non leuis suspicio oriiri videtur. arg. c. personis 20. de resib. Ziegler in pralett. ad cit. c. 20. Diesen allen aber ungeachtet halte ich das vor, daß die transmissio actorum in dieser Sache nicht stat fin-

den

## TEMPESTATIS MARINAE.

den könne/ denn 1.) ist expediti iuris, daß kein Richter die Acta ad extraneum collegium zu verschicken gezwungen werden mag/ prout in terminis tradunt Berlich. p. 4. concl. 59. n. 12. Carpz. p. 3. decis. 243. n. 2. Schwendend. ad Fibig. Process. P. I. c. 2. n. 3. §. 17. 40g. 1. Coppen. lib. 2. obj. 109. n. 9. vnde si iudex denegauerit transmissionem, & ipse iudicauerit, propterea non permititur appellatio, si aliud g. auamen deficiat. Meuius p. 4. decis. 334. Welches vornehmlich 2.) als dann stat findet/wenn ein Richter rechtmaßige Ursachen siehet/ solche transmission zu verweigern/ unter welchen Ursachen nicht die geringste ist/ si pronunciandum sit, super iis materiis, quæ peregrinis Iurisconsultis minus cognitæ sunt. Meuius p. 5. decis. 358. Brunnem. de iure Ecclesiast. lib. 3. c. 9. §. 2. Neque enim Index debet decisionem petere super consuetudine ipsi magis quam extraneo iudici cognita. Meuius ad ins. Lubecense lib. 5. tit. 9. art. 7. in notis. Id. p. 3. decis. 40. Berlich. p. 1. concl. 50. 12. Brunnem. cit. l. §. 1. ibique note. Welche Umstände denn 3.) allhier wirklich sich ereignen / da es auf See-Contumien und Handlungss-Gebräuche vornehmlich aber auf die Beschaffenheit des Hafens zu Port a Port ankommt/ welche besser in loco beurtheilet als von auswärtigen Rechts-Selahrten verstanden werden können/ welchen die Reise nach Port a Port betrifft/ und umb desto besserer von dieser Sache als ein Fremder urtheilen können/ wie denn auch die causæ recusationum nicht hinsichtlich sind/ zumahl wenn ratio dubitandi/ da alle Richter spectin machen sollte/ solches fast allezeit in allen Fällen/ worum bereits vorher in simili gesprochen worden/ geschehen könnte / indem gar wenige Controversien im Gerichte vorfallen/ dergleichen nicht schon vorhero in lite gewesen/ vielfewiger ist es quoad rat. dub. etiam gebräuchlich/ ein ganzes Collegium propter causas quæ tantum unum alterumue membrum concernunt zu recusiren/ cum aliter integrum collegium recusari non possit nisi ad sit talis causa, quæ singulos de collegio suspectos reddat. Zanger de except. p. 2. c. 4. n. 17. Vmmius ad Process. disp. 1. n. 56. Carpz. in process. tit. 3. art. 4. n. 87. s. 9. Nun sind aber nur 4 Personen

## Cap. I. DE VARIIS GENERIB. DISCRIM.

sonen in den Obern Gerichten/ so in prima instantia in dieser Sache mit cognosciret/ da hingegen die übrigen auf alle in solchen Collegio dieses nicht applicaret/ vielweniger das ganz: Collegium wegen dieser 4. Personre recusaret werden mag/ die 4te ratio dubitandi gründet sich auf blossé unerwiesene Coniuncturen/ welche so lange nicht attendiret werden können/ bis dieselbe deutlich dargethan/ und endlich quoad rationē stam ist zwar in causa eadem bereits gesprochen werden/ aber contra diuersas personas/ & quidem separato processu/ mit nichten aber ist wider Bell. vor diesem Gerichte bisher geurtheilet worden.

### Decisio.

So ist dannenher ein Hochedl. Rath zu Hamburg in dieser Sache ohne transmission selber zu sprechen/ wol besugt.  
§. XVI. Pergo nunc ad ipsos *casus maritimos* qui vi mafortuitos ioriori seu mera fatalitate contigerunt. Huc pertinet primario. est (1) tem. (1.) tempes marina l. 2. §. 6. ff. si quis caution. l. 2. §. 2. ff. ad L. peſtas ma- Rhod. de iact. Hæc enim nemini imputari potest. Hinc Seneca lib. 4. qu. natural. c. 7. homines sapientissimi negant, posse fieri, ut cum grandine aliquis paciscatur, & tempestates munificulis redimant, quamvis munus etiam Deos vici. Sed tamen subiungit: At Gleonis Iudicia reddebat in illis, quibus delegata erat cura prouiden- de tempeſtatis, quod negligentia eorum vincit vapulassent, aut segetes perdiſſent. Et apud nos in duodecim tabulis cauetur, ne quis alienos fructus incantasset. Ruditus adhuc antiquitas credebat & attrahit im- bres cantibus & repelli, quorum nihil posse fieri, tam palam est, ut huius rei causa nullus philosophi scholaintranda sit. Respicit Seneca ad consueta apud Gentes in cantamenta seu carmina magica, de quibus vid. l. 1. §. 3. de extraord. cognit. qua & suffragia vocantur in l. eorum 4. C. de malis. vbi tantum illa carmina reprobantur, quæ contra hominum salutem aliquid moliantur. Sed quod mi- teris approbantur illa incantamenta, quibus imbres procuran- tur in salutem hominum. Expressè enim dicitur: nullis vero criminationibus implicanda sunt remedia humanis quaſta corporibꝫ innocenter addibita suffragia, aut in agrefibꝫ locis: ne maturis vin- demis metuerentur imbres, aut venti gradiniisque lapidatione quererentur: quibus non cuiusquam salus aut estimatio ledretur, sed quorum pro-

## TEMPESTATIS MARINAE.

15

profuerat actus, ne diuina munera & labores hominum sternentur. Sic igitur certo modo approbati sunt tempestatis die. Bettermascher quorum tamen artem merito reprobandum censimus, tanquam inanem & futilem, & si ita in hominum potestate foret, imbres & ventos excitare, parum abesset, quin hominibus tempestates marina possent imputari: Ceterum egregia tempestatis maritima descriptio est apud Ouid. lib. XII. metamorph. Satis notanter itaque damna ex tempestatis huiusmodi orta in iure adscribuntur, vi naturali l. 59, locas vel vi diuina l. 25. §. 6, eod. vbi sive vocatur vel vis maior, quorsum etiam referunt violentia ventorum l. 24. §. 4, de dannis vid. Linck. de iure ventorum.

§. XVII. Cum ex tempestatis plerumque naufragia (2) naufragioriantur, (III) huc refero, si naufragio perempta nauis sit l. 36. §. vii. giurum. ff. de rei vind. vel vt dicitur in l. 3. C. de nau. si obruta & submersa fluctibus nauis vel sive iuersos violentia tempestatis obrueret. Et quia ad merum casum pertinet, euentus dicitur in l. 2. C. Eod. Ante omnia autem naufragium probandum, quod olim etiam per tormenta siebat, si nautae de eo interrogarentur l. 2. C. Tb. de nau. Est hic casus eo tristior, quo minus euitari potest, & quo maiorem horrorem animis hominum incutit: vnde apud Ouid. i. Trist. eleg. II. naufragium describitur, tanquam malum ipsa grauius morte:

Non lethum timeo; genus est miserabile letis:

Demite naufragium, mox sibi munus erit.

§. XVIII. Naufragiis fere similis est (III) depradatio piratarum: Piratarum, imo malum grauius quandoque censetur. Felix na- hostiumq. iugantium conditio, ait Quintilianus declam. IX. qui procella modo vis. & seuos tempestatis incursum, & albentes fluctibus scopulos atque pericula tantum maris pertulerunt: Ego miser naufragiis ininde captus barbaris manibus: nec iam nexus catenarum vinclis, quam pondere inundatum carcere tuli & vincula macie laxavi. Pirata autem, proprie dicuntur, qui priuato auisu prædam maritimam agunt, & tanquam latrones puniuntur, & sicuti latronum incursum & rapina casibus fortuitis adscribuntur l. 23. ff. de R. J. l. 15. §. 2. loca- ri, ita idem dicendum de depradatione maritima. Ab his dif- ferunt,

B 3.



14 Cap. I. DE VARIIS GENERIB. DISCRIM.

ferunt, qui autoritate publica instructi, prædas maritimæ agunt, die ēa per quæ hostium numero habentur, verum factum eorum eodem modo casui fortuito adscribendum, uti de prædatio piratarum. cit. l. 15. l. 1. C. de pignor. art. l. 1. C. de pof. §. 2. Inst. quibus mod. re contrah. obligat, ibi latronum hostiūque incurſu. vnde quod prædones abstulerunt, ei perit, cui ablatum est. l. 2. §. 3. ad L. Rhod. de iact.

(4) Incen-  
dia aliq.  
casus.

§. XIX. Præterea huc (IV.) pertinet, si ita fulminis nauis depressa. Lauterbach in collegio præst. ad L. Rhod. de iactu §. 12. vel alio incendio casuali vid. Dn. Stryck de incendio casuali (V.) si nauis ventorum violentia concitata vadum superare non possit wenn es auf die Sand-Bencke zu sijen kommt/ vbi plerumque nauis perit, vt ut merces seruentur. Verum etiam (VI.) sub ipsis vndis & fluctibus hostes latitant, qui nauigantibus inficiantur, damnaque varia causantur. Intelligo syres & scopulos in mari latitantes, vt vix eutari possint, quorum referri debent notissimi illi scopuli prope insulam Scilly l' Eueque & les Cleres dicti, in quos inclitus ille expeditionum maritimum præfector Chouellus nuper admodum incidens, misere cum ipsa naui perit. Non nego vtroque casu posse culpam concurrere, si nauta deſtituatur notitia accurata horum scopulorum, quales plures alias notissimi sunt, vt saxum illud prope Oenlandiam Insulam die Schwedische Jungfrau & alii, de quibus vid. Stypman de iure maritimo p. 3. c. 10. n. 32. seqq. Quod si itaque propter imperitiam in talia loca periculosa incederit, non casuale sed culposum inde damnum nascitur, secus est, si non sua imperitia, sed violentia ventorum adigitur vid. & Art. XXVII. 28. 29.

colliso na-  
uum.

§. XX. Huc potissimum pertinet (VII.) colliso nauium, vi facta maris, die autem übersegelung der Schiffe de qua extat erudita Dissert. illust. Dn. Stryckii anno precedente habita. Fit mention huius infortunii maritimi in l. 29. §. 2. ad L. aquil. ibi: si fune rupro, aut cum nullo regetur nauis incurrit. & in §. 3. cit. l. si cum vi ventorum nauis impulsus esset in funes anchorarum alterius, & in §. 4. ibid. si nauis alteram contra sevenientem obruisset sitan-

MICROFOTOGRAFIE  
TEMPESTATIS MARINÆ.

ta via nauis facta sit, quae tempestari non potuit, nullam in Dominum dan-  
dam actionem. Non nego posse etiam collisionem dolo vel cul-  
pa fieri, sed ita huc non pertinet, verum ad inferius dicenda re-  
ferri debet, velut si vitio funium debilium collisio facta fuerit.  
Interim tamen cum Fabro lib. 5. coniect. 17. non afferendum, ta-  
lem impactionem nauis in anchoras factam culpa naucleri ca-  
rere haud posse, quod potuerit hoc damnum praecavere, si bo-  
nis anchoris & funibus vñus fuisset. Sed si hoc supponimus,  
culpa vtique erit, non casus. Verum inde minime fluit  
semper naucleri vitium vel culpam subesse, cum vis ventorum  
tanta & tam rapida esse possit, cui non funes validissimi, nec  
Anchoræ firmissimo ferro factæ resistere queant. Dn. Stryck  
de collis. nau. c. u. §. 17. Plures casus non addo, cum tantum  
potiores referre destinaui.

§. XXI. Pergo ergo ad damna maritima culpa data. De culpa.  
Culpa autem potest esse vel naucleri vel mercatorum coniectorum-naucleri.  
que. Quod ad culpam naucleri attinet, damnum potest vel  
ex casu fortuito, cui culpa præcessit oriri vel immediate ex cul-  
pa absque vilo concorrente vel subsequentे casu. Huc itaque  
pertinet 1) si tempore incommode & vetito navigat. Respxit hue (1) Propter  
ICtus in l. 36. ff. inf. de rei vind. vbi ait, culpa esse reum, qui nauem tempus ina-  
a se posuit aduerso tempore nauigatam misit, si ea naufragio perem-  
ta sit. Olim legibus cautum erat, vt tantum a Kal. April. vs-  
que ad Kal. Octob. nauigatio esset permissa & ita mense No-  
uembris illus quietescere deberet l. quotidie 3. C. de naufr. Inde  
mare claudi & aperiri dicebatur, prout nauigatio interdicta vel  
concessa erat: Huc pertinet, quod a. 7. XXVII. 9. legitur de pe-  
riculosa nauigatione, quod iam ieiunium præteriissest i. e. fe-  
sum expiationis instanti iam mense Nouembris. Ratio hæc da-  
tur in l. ciuitas 6. C. de offic. refl. prou. quoniam tempore hyemis na-  
vigatio sepe periculosa est & semper incerta Iacob Gothofr. ad Cod.  
Theodos. in l. 3. de naufr. g. Stypman de iur. marit. p. 346. 7. n. 5. seq.  
Evidem in l. s. C. de nauigat. Honorius Imp. in alia omnia i-  
re videtur, dum constituit, ne omnes nauigia cum prosperior flatu  
miserentur, subprætexerit hyemis immorari iudices loci permittant. Ve-  
rum

46 Cap. I. DE VARIIS GENERIB. DISCRIM.

rum satis erudite docet Gothofredus adl. 34. C. Theod. de na-  
vic. hoc constitutum esse in casu necessitatis, & ita extraordinem  
propter famen, quæ eo tempore Romæ erat, cum casus neces-  
titatis & publicæ utilitatis vbiique exceptionem a iure commu-  
ni inducat.

*Hodie etiā* §. XXII. Sed hodie hæc tempora a gentibus non obser-  
hyerno uari, communiter asserunt Stypman cit. l. n. 24. Stracha de  
tempore li- naut. p. 3. n. 1. adeoque culpa hodie nulla amplius contrahitur  
cite nau- ab eo, qui hyeme nauigat, cum maris consuetudo, die See-  
gatur. Coutume, hoc admittat. Qui autem id facit, quod con-  
suetum est fieri, non peccat. Quin quod aliquan-  
do pro conservatione mercium transuehendarum con-  
sultius sit, in hyeme a littore soluere, quale pactum in-  
ter mercatores nuper ex patria mea, ad illustrem Facultatem  
Iuridicam allatum esse memini, quo inter se conuenerant,  
eine gewisse quantität Citronen zu Genua einguschiffen/ die zu sol-  
cher Zeit zeitig/ daß sie in Januario 1699. nach Hamburg könnten ge-  
bracht werden/ weil alsdenn diese Waare am dauerhaftesten/ und  
durch das Saeson darinn erhalten werden könnte. Hinc potius  
hodie culpa committitur, si nauigatio non instituitur con-  
uento tempore. Stracha de naut. p. 3. n. 3.

*Hodie tem-* §. XXIII. Nihil ergo hodie ad officium naucleri am-  
pus quoddi- plius requiritur, quam ne opportunum tempus nauigandi in-  
bus idoneū termittat, h. e. vt dicitur in l. f. C. de nautical. cum prosperior fla-  
tendit, tus immitat. Huc pertinet patriæ meæ constitutio in P. II. tit. 14.  
ars. 5. vbi dicitur: Ist ein Schiffer befrahret/ und bleibt so lan-  
ge liegen/ daß ihm Gelds entbricht/ der mag wol an Land senden  
umb Geld/ aber er mag keinen guten Wind verliegen/ thäte er das/  
er ist schuldig/ dem Kauffmann den Schaden zu erlegen. Quodsi  
nautæ de tempore opportuno nauigandi dissentiant, naucler<sup>2</sup>  
se accommodare debet ad vota maiora, alioquin in culpa est,  
vt disponitur in iure Hamb. cit. t. art. 6. Vnde in nautis singu-  
laris ventorum noticia requiritur Stypman. p. 3. de iur. marit. c.  
8. n. 20. cum si eam non habeant, facile contingere possit, vt  
damnum inde nauis sentiat. Conf. l. 13. §. 1. locat. l. 36. f. d.  
R. V.

§. XXIV.

TEMPESTATIS MARINAE.

17

§. XXIII. Porro (II) ad officium naucleri pertinet, ut (2) culpa optimus instrumentis nauticis, Gerechtschafft instrutus sit. Hoc est si instru-neglecto, insignem culpam contrahit, cum in culpa sit, qui mentis nau-non prouidet id, quod a diligente fuisset prouisum, l. si putator tunc idoneis 31. ff. ad L. aquil. veluti si non solidis & firmissimis anchoris & substituitur. studentibus, item si debilibus funibus sit instructa nauis, & in-de periret. Kürliche ad tit. X. art. 3. iur. marit. Hans. Stracha de naue. p. 3. n. 41. In patrio iure hac de re ita disponitur p. 2. lit. 14. art. 36. Es ist ein ieder Schiffer schuldig gute starke Kardeln und Windetackeln in dem Schiffe zu halten / da man des Kauffmanns Güter mit ein und ausschenken. Bericht aber das Windetackel/ also daß Schade an dem Guthe geschiehet / und daß die Wohlgeleute dem Schiffer gefraget haben/ ob die Tackel stark genug sein / und er Ja darzu gesaget/ so soll der Schiffer zu dem Schaden allein antworten. Conf. Handaesten Priuilegien, Octroyen Costy-men en Wellekeuren der Stad Amsterdam p. 3. l. 5. p. 674. Ins Wishyc. marit. art. 47.

§. XXIV. Huic proximum est, (III) si nauis in portu non (3) Sinauis bene religata est, vt, ruptis funibus, damnum det. De hac cul- non fuerit pa specie ita disponitur in Consulatu marii cap. 224. : Een Schip- bene religa-per legende met syn Schip in een Baay Have, of andere plaars, indien ta, de Kooplyuden, die 'tscheep zijn, hem anseggen, dat by 'tschip sal vast maaken, en dat de Schipper het Schip niet vast maaki, of moegelyk niet voorseen is van al sodang gereetschap, als hy opgegeven heeft, een da Kooplyuden tes saake, voorfsz. eenige Schaade komen te leyden, is de Schipper gebonden, die Schaade te vergoeden, dewelke de Kooplyuden daar door sullen geleden hebben. Damnum enim quoque dedi- se videtur, qui occasionem damni praefstat. l. 30. §. 2. ff. eod. ad damna culposa minime referri debet, vbi ait: si, fane rupto, aut cum a nullo regere-tur nauis, incurrit, cum domino agendum non esse. Præsupponit ergo ICtus casum, si nauis satis bene religata, sed vi ventorum funis ruptus sit, id quod contextus docet, cum ICtus in pra-ecedentibus de damnis culposis egerat, in verbis adductis ad casuale pergit, quod indicat particula diuersificatiua: sed C si &c.

*si &c. Ill. Dn. Stryk. diss. de collis. nau. c. II. § 17. Stracha cit. l. n. 42.*

(4) *iactus anchorarum.*

§. XXV. Huc quoque (IV) pertinet, si anchoræ in præindictum aliarum nauium, que iam in portu sunt, iaciuntur, vnde alii nauibus damnum exsurgit. In consulatu maris c. 197. hac de re ita cautum legitur: *Een Schip in een Baay, of Have, of aan een Kust of andere plaats eerst geankert leggende, moet ydes Schip, dat doornaa aankomt, syn ancker so daanig leggen, dat hy die geene, die voor hem leeft, geen schade kan doen; en so hy hem eenige schade doet, is hy schuldig de geheele schade te vergoeden, en te betaalen.* Vnde etiam in c. 200. præterea disponitur & præcipitur, vt naues, portum intrantes eiusmodi stationes a se inuicem distitas elegant, ne fibimet inuicem damnum inferre possint. Cum hoc fere conuenit, quod in iure patrio p. 2 tit. 14. art. 2 disponitur, vi cuius, qui primus portum intravit, ab eo, qui post eum venit, prætendere potest, vt remotiorem locum a se in anchoris iaciendis eligat, alioquin damnum, quod inde redundat, proculposo merito habetur. Naturale enim est, vt ille alteri cedat, qui iam ante eum portum occupauit, stationemque eligit. Hinc dicitur: Liegen Schiffe bey einander in einem engen Hafen / und derienige welcher seinen Ancker am ersten geworffen oder gesetzt hat/ zu dem andern/ so ist gesetz/ spricht/ er möge seinen Ancker leichten/ und ferner absetzen/ denn er liege ihm zu nahe/ weigert sich derselbe das zu thun/ so mag der ander das Ancker leichten/ und fürt er von sich legen/ hindert und verbietet der ander solches zuthun/ kommt Schade davon/ dem soll der bessern/ der das hünderte. Conf. ins Wishycent art. 28.

(5) *defectus anchoralis*  
des An-  
ker - Bo-  
gens.

§. XXVI. Debent autem anchoræ habere sua signa, in diculaque, vt possit inde constare, in quo loco iaceant. Vocantur alias *de Teckers*, *Dobbers* of *Boeyens* von *de Ankers* vid. *Com-  
pil. maris* c. 243. item *Wachters*. Hinc si nauclerus hæc Indi-  
culla omittat, anchorasque ita iaciat, vt a nouiter adueniente  
naue videri non possint, damnumque inde sentiat, culpam  
contrahit. In iure patrio cit. 1. hoc clare prouisum legitur his  
verbis: *Lieget auch einig Ancker ohne Boye oder Abzeichen / und  
dahero Schade entstünde/denselben bessert derienige/der seinen Bo-*  
*yen*

yen nicht geleget. Quod si tamen indicula in loco habuit, vbi anchoræ deprehenduntur, & forsan per factum alterius vel alii casum inde amissa fuerint, non tenetur, sub distinctione quæ ibidem occurrit. Interim ille in culpa est, qui signum amouet, de quo casu ita in *consulatu maris.* c. 243 Een Schipper, de welke de Tekers, Dobbers, of Boeyens von de Ankers von eenig Schip dat by hem geanker liget, wegneemt, of doet wegnehmen, is gebonden, so die Ankers verlorenraaken, aan den Schipper die de Ankers toebehooren so veelt te betaelen, als defelue onder Eede verklaaren sal, datse waardig syn geweest een daarin boven ook alle schaade te vergoeden, die defelue daardor sal geleden hebben.

§. XXVII. Hoc (VII) parum dubii habet, damnum esse<sup>(6)</sup> Imperi-culposum, si per imperitiam nautæ contigit, veluti in fyrtes &<sup>114</sup> nautæ scopulos incidenter cum imperitia culpæ annumeretur. l. 132. de vel gubernatore. R. I. Similiter si gubernatoris des Steurmans imperitia ali-natoria. quid fiat, eius culpa hoc imputandum, vt cautum est in *consulatu maris* c. 60. p. 73. his verbis: *En indien by het geen hy belooft sal hebben, niet kan, nog verstaat te doen, moet gemelde Stuurmann alle Kosten, en schaade, die 't schip komt te doen, of te lyden, betaalen.* Ele-ganter hac de re iudicat Cicero orat. pro Cn. Plancio p. m. 634. a-iens: *Omnis istiusmodi artes in iis reprehenduntur, qui cum professi fuerint, satis facere non possunt: non ab iis qui absuisse ab his studiis constentur.*

§. XXVII. Similiter (VII) culpæ nautæ adscribitur, si nauis<sup>(7)</sup> De-fe-nis non satis sit instructa, vel admodum leuiter tabulis obdu-<sup>Eius der</sup> cta, vt facile aqua penetrare in eam possit, wenn es nicht wol gar-Garnie-niret ist/ in eo enim consitit officium naucleri, vt nauis ita rung. sit instructa, ne mercibus illatis damnum aqua contingere possit. Hoc intuitu in iure patro P. 2. tit. 14. art. 34. disponi-tur: Es soll ein ieder Schiffer auf die Garnierung/ Stauung der Güter/ und was demselben anhangig/ fleißig aufacht haben/ da mit des Kauffmanns Güter keinen Schaden leiden mögen. Ent-stünde daraus Schade/ oder die Güter von dem Schiffer oder sei-nem Schiff-Bolcke verringert würden/ so soll der Schiffer dem Schaden dem Kauffmann/ der demselbigen erlitten/ von dem Ge-nigen

nigen zu erstatten schuldig seyn. Et in art. 35. eiusdem iuris dicitur: *Wem die Rohbrügge und Überlaufft und das Schiff übern Wassers nicht wol gedichtet und dahero sich Schade verursachet, so kommt der Schade auf dem Schipper.* Tenentur enim nautæ de recepto, & necesse est, eorum fidem sequi, & res custodie eorum committere. l. i. §. i. naut capt. stab. cum, ut ait Vinnius ad Peckium de re nauar. p. 5. l. i. c. veltores & hospites tempus haud habeant ad explorandam nautarum fidem, sed quodammodo cogantur statim cum iis contrahere, resque suas horum hominum, quantibet ignotorum, custodie committere. Huc quoque pertinet dispositio Consulatus maris e. 39. p. 71. vbi officium naucleri describitur: *Desgelyks in de Schipper ob gehouden, al haer goed te verbergen, en te bewaaren, engaande te staen.* Hoc supposito in c. 62. idem fere disponitur, quod iam ante ex iure patrio adductum est. *De Schipper moet de schaade draagen van't goed, het welk in't Schip niet bevonden word, en niet geworden is door 't water von't verdek of door 't boord of door gebrek van garniering en indien het kammat te Worden door 't Water, dat het Schip in de boden krygt, daar 't evenwel genoeg gegarniert was, en 't door 't boord, door 't verdek, geen Water gekregen haad, is de schipper geen vergaeding schuldig.* Ratio diuersitatis est, quod posteriori casu officio suo satisfecerit, non vero priori. Quomodo autem iudicari possit, an nauis sufficienter tabulis sit obducta, genoeg gegarniert, vt Bataui loquuntur, plenius explicatur in c. 64. consil. maru.

(8). *corroso  
murum.*

§. XXVIII. Huc etiam refero (VIII) corrosionem murum, quæ culpa naucleri in mercibus illatis contingit. Tunc autem in culpa sunt, si feles in nauis hant habeant, quibus hoc damnum præcaueri posset, simili ratione, sicuti fullo tenetur, si mures vestimenta roserint l. 13. §. 6. ff. locati. Stracha de naus. p. 3. n. 48. In Consulatu marisc. 65. p. 81. hac de re ita cauetur: *Indien 't goed in 't schip van de Muyzen beschadigt word, en in 't schip geen kat is, moet de schipper het vergoeden.* E contrario, si feles in nauis habuit, verum forsitan mortua fuerint, excusatur, ut additur in cap. seq. consil. mar. *Maar het sprekt niet, in gevalle hy in gemelde schip een kat sol hebben als hy begint te laaden, en geseyde katten, na das*

TEMPESTATIS MARINAE.

51

dat se van die plaats sullen vertrukken zijn, komen te sterven, of gesturnen sullen zijn, en de blyssen eenig goed beschadigt hebben, voor dat se aan een plaats zijn, daer se katten kunnen krijgen. Indien de Schipper aanslons katten koopt so haast als hy aan een plaats weesest soot, daar hy se voor geld, of andersintz kan bekommen, en in't schip set, is hy niet gehouden deschaade te vergoeden, terwijle se door sijn schuld niet ontfond is.

S. XXIX. Præterea committit nauta culpam, (IX) si na<sup>(9)</sup> uem plus aquo oneravit. Stracha de nauta p. 3. n. 13. Lucas de plus aquo Penna ad l. vñ C. ne quid oner. publ. Stat. Hamb. p. 2. tit. 14. art. 24. oneratu. Consulatus maris cap. 181. seg. (X) si nauclerus nauigationem alii (10) si alii commitrat, domique manear. Secundum mores nauticos enim i- pse iter suscipere tenetur, vt dicitur in Consulatum maris c. 191. Eas Schipper, die sijn Schip an Kooplyden, of andere personen verbuurt, kan sig niet verschoonen, van in person oop reys te gaan, ten waare sulks te vooren toen by het schip verbuurdren, bedungen was, en so hy sonder consens der Kooplyden l' buys blijft, is hy schuldig, al de schade, die gemelde Kooplyden op die reys sullen lieiden, en die sy door schuld des Schippers die't huys gebleven was, sullen gelecden hebben, goed te doen, en te betaelen. Est enim persona singularis industria & peritia electa, quo casu substituendi facultas cessat. Brunnum. ad l. 31. n. 2. ff. de solut. Hondecaus vol. 1. cons. 55. n. 77. seqq. Menoch. lib. 2. pref. 38. Referri huc potest decisio l. 31. pr. de solut. ex qua Brunnum. cit. l. n. 1. insert, in operis artificialibus, in quibus veritatur ingenium & ars, in dubio persona industria eleclam censer. Equidem in l. 1. §. 5. de exerc. act. dicitur, quod magister nautis alium substituere possit, sed hoc tantum efficiu, vt exercitor & que ex facto substituti, quam magistri obligetur. (XI) Si nauclerus mer. (ii) Si mercatorum ces receptas vid. stat. Hamb. p. 2. tit. 14. art. 4. vbi dicitur: Secket in aliam ein Schiffer einige eingenommene Güter in ein ander Schiff, ob er transfers ne Vollbohrt derjenigen die sic ihm eingeladen haben / und solch nauem. Schiff auf der Reise zu nichte käme, so soll der Schiffer den Schatz den bezahlen. Simile quid in iure disponitur in l. si vebenda 10. §. 1. ff. ad L. Rhodium de iactu, vbi tamen hac additur limitatio: si piraque nautis ea nauigacione perit, que limitatio quoque in patro iure repetitur, quia ita nulla culpa ordinata ad casum præcessit.

22 Cap. I. DE VARIIS GENERIB. DISCRIM.

fit. Brunnemann. ad cit. l. sed & que periturae fuissent, si vel maxime in aliam nauem non fuissent translatæ Vinius ad Peck in cit. l. pag. 286. (XII) Si nulla necessitate coactus sum illicite in itinere ad littus appellit vel portum ingreditur, modo hoc fiat sine ingreditur. consensu mercatorum, damnum enim si quod inde contingit, pro culpo habetur. Consulat. maris c. 99. (XIII) si propter ini-  
 (12) fipor-  
 micitas nautæ nauis dampnum patiatur l. 25. §. 4. loc. (XIV) si precipi-  
 tum illucce ad littus appellit vel portum ingreditur, modo hoc fiat sine  
 ingreditur. consensu mercatorum, damnum enim si quod inde contingit,  
 proculpo habetur. Consulat. maris c. 99. (XIII) si propter ini-  
 micitas nautæ nauis dampnum patiatur l. 25. §. 4. loc. (XIV) si precipi-  
 ti auaritia duetus nulla motu causa devia seclatur loca: minus recte  
 enim nauigat. l. s. C. de nauicul. (XV) si sub duetu nauis bellicæ hand  
 nauigatur, vbi tamen potuisset, & ipsi hoc iniunctum est, das er  
 mit Conuoye vertretten soll Ill. Dn. Stryk in V. M. lit. de exrc. act.  
 § 3. 4. Et in genere, quoties alias contra officium suum vel  
 fidem pactorum agit, vel alias in mora est. Werner de contrib.  
 propter iact. b. 31.

**De culpa mercatorum.** §. XXX. Præterea etiam detrimentum marinum con-  
 tingere potest culpa mercatorum commissorumque. Huc pertinet,  
 si nauis tempestate marina quasiata fuerit, vt refectione indi-  
 geat, & tamen mercator in causa sit, ne nauclerus possit intrare  
 portum. Equidem in Consul. mar. c. 99. p. 129. cauetur, quod  
 nauclerus sine consensu mercatorum portum intrare non pos-  
 sit. Interim si inique & sine ratione dissentiant, damnum o-  
 mnes, quod inde euenit, resarcire tenentur. Porro in culpa  
 est mercator, si, quæ in nauim infert, specifice nauclero hand  
 indicat. Debent enim mercatores hodie accuratam specifi-  
 cationem mercium suarum nauclero tradere, alioquin si da-  
 mnun poftea oritur, non de aliis, quam illis teneatur, de qui-  
 bus certior factus est, secundum mores nauticos. In consul.  
 mar. c. 112. p. 143. id ipsum clare prouisum est his verbis: Te  
 weeren als het schip onder Zeyl, en buyten gaats is, moeten de Koopluy-  
 den de bootsgesellen en passagiers, en een ygelijk, die goed in't schip heeft,  
 by den schrijuer gaan, en het goed, dat sy in't schip sullen gebracht heb-  
 ben, aangeuen, ensò sy dat niet doen, is de Schipper nog de Schrijuer in-  
 geïnschaade, die het goed, of de Koopmanschap mogt ouergekomen  
 zijn, gehouden. De iure ciuili Romano in emissione huius spe-  
 cificationis non videtur culpa commissa fuisse, vt appareat ex  
 l. 1. §. f. ff. naut. Caup. stab. vbi merces nautæ periculo esse dicun-  
 tur

tur siue ei adsignatae fuerint, siue non. Conf. Vinnius & Pekkius in *tr. de re naut. ad cit. l. i. Struu*, ex *VIII. th. 108.* Ludouicus Peguer. *decis. 45. in addit.* Sed consuetudines maritimæ specificam designationem, quam ni fallor *connoissement* vocant, requirere, patet ex *consulatu maris cit. l. vbi consuetu* lines nau-ticæ collectæ leguntur, vt dicitur in rubrica *c. 44.* Hier beginnen de gade Koftumen van de Zee. Vnde solius mercatoris detrimen-to sunt merces haud indicatae. Conf. mar. *c. 113. p. 145.*

§ XXXI. Possunt etiam respectu aliorum obligati esse *Alia exem-*  
mercatores conuectoresque, &c ita ratione horum culpam *pla ad-*  
*committere.* Sic qui mandaterio nomini merces recepit, ut *duntur*,  
ipse per se eos transferret, non alii rursus commendaret, tene-  
tur de omni casu, si alii commiserit merces, de quo plenissi-  
me disponitur in *consul. maris c. 257. p. 447. seq.* Similiter si  
mercator iure societatis aliis obligatur, & simul tanquam in-  
stitutor negotiationi præpositus est, & tamen leges præpositio-  
nis transgreditur, damnum, quod ex discrimine tempestatis  
marinæ accidit, in eum redundat, sicuti enim institutor si fines si-  
bi præscriptos excederit, etiam finito officio conueniri potest,  
*l. i. §. f. ff. quod vs. l. 5. §. u. l. u. §. 5. ff. de instit. atq. ita multo magis*  
societatem obstringere nequit suo facto, quod contra pa-  
Etum suscepit, sed sux culpa adscribere debet. Sed cum va-  
riis contractibus aliis id contingere possit, infinitum foret, o-  
mnes culparum species hic referre, quæ ex ipsis contractibus  
facile haberi possunt.

§. XXX. Pergo ergo breuibus ad detimento maritima *Damna do-*  
dolo causata. Pertinent huc illi, de quibus mentio fit in *l. 3. §. lo causata*  
*g. ff. de incend. ruin. naufr.* quorum scilicet fraude aut confilio *in mari.*  
naufragi per vim suppressi sunt, ne nauvelitis periclitantibus opitu-  
lentur, in quos tanquam sicarios ex lege Cornelia agi poterat.  
Horum naufragia supprimuntur quoque fit mentio in *l. 3. §.*  
*4. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Conf. Non. Leon. 64.* Similes sunt illis,  
qui diripiunt naufragos, quale quid olim publicani sape au-  
deabant *l. 9. ff. ad L. Rhod. de iaff.* Par iratione pro damno do-  
loso reputandum illud factum, quod in *l. 2. Legum Rhod.* apud  
Peck

Peck, de re naut. p. 16. habetur. Verba legis Rhodia sunt haec : *sex exercitore consentiente nauis alterius anchoras imporess velin littore stationem habentia nautes rapuerint, atque inde nauem anchoris spoliare tamperire contigerint, his ita accurate probatis, omne damnum, quod nauigio & iis, qui in eo sunt, accidit, exercitor ille qui rapinam fieri permisit, in solidum prestat.* Idem quoque iudicandum de his, qui indicula auferunt dolose, die Boye von dem Ankers, ut nouiter aduentantes anchoras videre non possint. Consul. mar. c. 243. Sic potest naufragium voluntarium fieri, quod exemplo illustrat Ill. Dn. Stryk disp. de collis. nau. c. 2. §. 24. de exercitore, qui nauclero suo in mandatis derat, ut voluntarium faceret naufragium, ne dominis nauis aut mercium venditarum pecuniae maximam partem consumtae & dilapidatae rationem reddere teneretur. Adducitur præterea casus damni dolo causati ex iure maritimo suecico p. 5. c. 6. vbi ita disponitur. Wolte jemand so geitzig seyn zu einer morderischen Gewinn/ daß er unterm Schein von Fischen bey Nachtzeiten auf dem Bothe oder einer Klippe ein Feur anzündete/ oder auch allerhand Griffe gebrauchte/ daß er dadurch die Seefahrende an ihrem Cours an Grund verleitete/ so daß das Schiff / Guth oder Volk dadurch zu Schaden und Unglück käme/ derselbe/ wie auch alle die/ so mit ihm in Rath und Gesellschaft gewesen/ sollen am Leben und Eigenthum nach Art und Weise/ als der Schade und die That grob und groß zu seyn befunden wird/ gestraffet werden. Sic etiam collisio nauium dolo fieri potest, de quo cau fit mentio in iure Wisbyensi art. 27. vbi ita: Es begiebt sich unterweilen/ daß unter andern guten Schiffen ein altes Schiff in dem Weg leget/ damit es allen erlittene u Schaden vom andern bezahlet kommen möge/ da es von andern Schiffen vernichtet würde.

**Damnum.** §. XXXII. Denique damnum iure datur (1) per iactum, inre datum si laborante nave leuamentum eius necessarium sit, talis iactum. Etus enim omni iure permisus est, & ita aduersus eum, qui merces eiecit, nulla actio de damno iniuria dato competit l. 14. pr. ff. præfcr. verbis. *Necessitas enim magnum humana infelicitatis patrocinium est, ut verbis Senecæ ytar lib. IV. contr. 37.* Idem aibi ait: *Necessitas est, qua nauigia iactu exonerat. Necessitas est, que rui-*

*ruinis incendia opprimit. Necesitas est lex temporis.* Ut autem iactus licite & iure permisso fiat, requiritur, ut nauclerus prius deliberet desuper cum mercatoribus conuectoribusque, illisque praesentem necessitatem proponat. In consulatu maris art. 97. formula propositionis a Nauclero facienda ita proponitur: *Heeren Koopluyden indien wy niet werpen, loopen wy ten nyterste gevraer van lyf en goed, en alles, wat hier is, te verliesen; en indien gelyden heeren Koopluyden verstaat dat wy fullen werpen, kunnen wy met Gods hulpe ons liff, en een groot gedeelte der goedere behouden; en so wy niet werpen, is het geschapen, dat my niet al het goed fullen blijven.* In antiquo iure Wisbyensi art. 20. sq. & legibus nauticis Philippi II. art. IV. eadem necessitas explorandi consensum mercatorum nauclero imponitur. Sed ante omnia necesse erit patriæ meæ consensum adducere, quia in iure stat. P. 2. lit. 16. art. 1. ita disponitur: *Ist ein Schiff in Wassersnoth u. der Schiffer begehrte zu werffen/ so soll man die Frachtleute freien/ ob es ihr Wille sey.* Ne vero putes, clannum ita contingere communi consensu nauigantium, non vero iis inuitis, statim additur: *Wäre es denn ihr Wille nicht/ und dem Schiffer saint zweyen oder dreyen von den Schiffmannen deuchte/ es wäre besser gethan als gelassen/ so mögen sie werffen &c.* Dn. Stryk in Vj. Mod. ad tit. de Leg. Rhod. de iactu §. 2.

§. XXXIII. Alia species damni iure licito dati est in l. 29. (2) *Sifunes* §. 3. ff. ad L. Aquil. vbi I Catus ita: *si cum vivorum nauis impensa precidantur in funes anchorarum alterius, & nauis funes precidissent, si nullatur, lo alio modo, nisi præcisus funibus se explicare poterunt, nulla actio danda est.* Ratio in simili casu datur in l. 3. §. pen ff. de incend. ruinis naufr. nec enim iniuria hoc fecit, qui se queri voluit, cum alias non possit. Idem in cit. l. 29. applicatur ad casum, si nauis in retia sine nauitate culpa incidit, quibus se absque incisione retium explicare non potuit. Huc etiam Pufendorf. de I. N. & G. lib. VIII. c. 2. §. 4. refert nauarchas, qui in statu belli periculosisimo ignem pulueri pyrio iniiciunt potius, quam ut una cum nauis in hostium potestatem perueniant &c.

## Cap. II.

## DE ORDINARIA PRÆSTATIONE DETRIMENTI MARITIMI.

## §. I.

Connexio.

**P**remadmodum in c. *anteed.* ostensum est, quadruplici ratione damnum posse contingere, ita nunc eodem ordine videndum erit, quis damnum illud, quod ex discrimine tempestatis marinæ evenit, præstare & resarcire tenetur. De casu notæ sunt regula: *quod res percat suo domino, seu quod casus in nullo contrahitur*. Ast quoniam hæ regula vel non vniuersales sunt, vel quodammodo obscuræ, iuuabit, rem distinctius proponere. Videlicet præstatio damnorum marinorum est duplex vel ordinaria vel extraordianaria. Illa dirigitur secundum regulas iuris communis. Hæc vero discidit a regulis illis, & hoc intuitu exceptionem constituit. Cum autem primum de regula videndum sit, illam hoc capite exponendam duco, reliqua ad exceptiones pertinentia capiti sequenti reseruaturus.

An res percat suo domino do-

**A**n res percat suo domino, communiter asseri solet, & in nonnullis contractibus vsum suum habet; Verumtamen hæc regula minime ita comparata est, vt omnibus contractibus applicari queat. Est enim illis tantum propria, in quibus res alterius penes alterum est cum obligatione restituendi, ita enim res non illi perit, qui eam ex contractu tenet, vt commodatorio conductori &c. sed domino cui erat restituenda. *U. 6. C. de pign. art. 1. 18. pr. commod. l. 23. inf. de R. I. l. 25. §. 6. loc. l. 52. §. 3. ff. pro scilicet l. 1. §. 4. ff. de obl. & art. l. 1. §. 7. ff. de admin. rerum ad ciuit. pertin. in quibus & similibus textibus magis negative quam positive asseritur, quis casum præstare debeat. Huc enim vnicce collimant, quod casus nocere non debeat ei, qui alteri ex contractu obligatus est ad quid præstandum. Ex quo statim per bonam consequentiam fluit, alteri casum obesse, cui quid præstandum erat.*

## §. III.

*s. III. Hoc considerans generalem existimo posse con-*  
*stitui regulam, rem perire ei, cui ex contractu debetur, vel casum Casus regu-*  
*fortitum nocere ei, cui aliquid ex contractu debetur seu præ-*  
*standum erat. Non tantum enim hæc regula alteram, lariter no-*  
*res pereat suo domino, in se continet, sed etiam latius euagatur, &*  
*ad queuis alia negotia applicari potest, in quibus prior regula*  
*officium suum perdebat. Quod ut eo clarius fiat, præmitten-*  
*dum est, aliquid deberi posse vel in genere vel in specie. In ge-*  
*nere debetur quantitas, vel si non certum corpus vel individuum in*  
*obligatione, sed generaliter res demonstrata est, & hæc perire*  
*moraliter nequit, adeoque de huius casu fortuito frustra labo-*  
*randum videtur, l. u. C. se certum petat. & consequenter debitor*  
*semper in nexus manet, vtut rem quandam certam iam elega-*  
*rit, & solutioni destinauerit, illa tamen ante solutionem perie-*  
*rit, non enim hæc, quæ perit, præcisè debetur, sed quantitas.*  
*Deberi autem in specie dicitur, quando certum corpus in obliga-*  
*tioni est, & de tali debito, eiusque interitu primario hic agen-*  
*dum est. Quando itaque casus accidit in re in genere debita,*  
*tunc res, quæ forsan destinata erat solutioni, perit illi, qui eam*  
*debet: si autem res in specie debita perit, illi perit, cui debetur.*  
*Et hoc est, quod alii asserunt, debitorem speciei liberari per interi-*  
*tum rei. Regulam autem hanc etiam alteram, quod res pereat*  
*suo domino, continere, inductione exemplorum potest, quan-*  
*do enim in locatione, pignoratio contractu, commodato, de-*  
*posito &c. res suo domino perire dicitur, reuera perit illi, cui*  
*debetur, cum conductor, commodatarius, creditor &c. ad*  
*res acceptas restituendas obligentur, & hoc intuitu debitores*  
*dici possint. Sed præterea etiam latius se extendit, & aliis*  
*negotiosis, veluti emtioni, stipulationi, donationi &c. appli-*  
*cari potest, in quibus prioris regulæ usus esse nequit.*

*S. IV. Quemadmodum vero hæc regula, res perit illi, cui Regula præ-*  
*debitur, vnicce tunc adhibenda, si inter illos, qui contraxe- dicta tan-*  
*runt, quæstio, de casu fortuito præstanto, incidat; ita facile tum locum*  
*patet, eius applicationem cessare, quoties extra contractus habet in-*  
*versamur, & forsan res pereat, tunc enim alii quam domino pe- contratti-*  
*rire bus.*

*Si extra  
contractus  
casus in ci-  
di nauis  
perit suo do-  
mino,*

tire nequit, quia casus ita alteri imputari nequit, & præterea omnis alius nexus deficit, ex quo ratio dubitandi desumi posset, cœi in L. Aquilia, quippe quæ imprimis ad damnam extra contractus data pertinet, demonstratur. §. 3. l. de L. aquil. l. 28.

*l. 31. ff. cod.*

§. V. Si igitur discrimina tempestatis marinæ *casualia*, extra contractus incident, res de iure Romano perit suo domino. Conspicuum id est ex l. 29. §. 2. ff. ad L. Aquil. Vbi ICtus ait: *si funeruptio* (per vim maiorem) *aut cum a nullo regreter nauis* (quod forsan gubernator mortuus sit, & deficiat, qui nauem regere queat) *incurrisset, cum domino agendum non est.* Damnum ergo, quod alteri naui obuenit ex huiusmodi incursum, dominus nauis læsa ferre debet. Hic nullum negotium inter utriusque nauis dominos intercessit, ex quo alteri obligaretur, ergo prior regula applicari nequit. Similiter in cit. l. §. 4. id illustrat ICtus aiens: *si nauis alteram contra se venientem obruisser, & tanta vis nauis facta sit, que temperari non potuit, nulla danda actio.* Item si nauis quædam fulmine tacta fuerit, ita ut cum illa aliae in portu posite perierint, deficit actio inter eos, quoniam hoc damnum non est iniuria datum, quo casu tantum actioni L. Aquilia locus est.

§. VI. Sed ab hac dispositione ius maritimum Wysbycense recessisse obseruat Ill. Dn. Stryk, *diff. de collis. nau. c. ii. §. 7.* vbi damnum per casum fortuitum datum ab utroque æqualiter resarcendum esse in casu collisionis nauium deciditur, & quidem secundum art. 27. hæc additur ratio: die Ursache / warumb diese Beslebung gemacht / und also gefunden/ ist diese: Es begiebet sich unterweilen/ dass man andern guten Schiffen ein altes im Wege leget/ damit es allen ersittenen Schaden von andern bezahlet bekommen möge/ da es von andern zerichtet würde/wenn man aber weiß/ dass der Schade halb angerechnet wird/ leget man solch alt Schiff gerne aus dem Wege. Similiter in ordin. Hanseat ciuit. lir. 10. §. 3. Würde ein Schiff los davon/ dass ihm ein Ancker oder Cabel gebrochen/ es geschehe im Sturm / oder sonst durch ander Unglück / und einen andern Schiff/ dass vor Ancker liegt/

*Dispositio  
iuris Wys-  
byensis,*

DETRIMENTI MARITIMI.

29

liegt am Borth und nahmen beyde darüber Schaden derseibe soll von Seefahrenden Leuten in Augenschein genommen / und nach Emessung von beyden Schiffen gezahlet werden: Kriegt aber das Schiff welches los worden/ allein Schaden / darzu ist das andre Schiff welches vor Anker liegt/ zu antworten nicht schuldig. Ratio diuersitatis, hæc suisse videtur, quod posteriori casu casus contigerit in ipsa nau, quæ vi tempestatis dissoluta est, & sic magis damnum discrimini tempestatis marinæ adscribendum est: priori autem casu altera nauis per alteram patitur, & ita ex quo damnum refundendum esse maiores censuerunt. Eadem decisio quoque recepta in aliis iuribus maritimis, ut ostendit Ill. Dn. Stryk, cit. l. In Statut. Hamb. P. II. lit. 17. art. 6. idem confirmatur his verbis: Wenn jemand den andern ansiegelt/ oder auf ihn treibet ohngefähr/ und einiger Schade daher entstehet/ dem sollen beyde Schiffe zur Helfste gleich tragen/ und die Ursprung oder Drift soll man zeigen/ und der dem andern Schaden thut/ soll schweren/ daß es ohne seinen Willen geschehen/ und der andere soll schweren/ wie groß sein Schade sey/ und was sein Schiff zu repariren gekostet habe. Idem plenius illustratur in art. 7. seq. vbi indistincte hoc obtinere dicitur siue collisio facta sit, bey Tage oder bei Nacht / simulque hæc declaratio adiicitur: auch darf des Kauffmanns-Guth/ daß mit in dem Schiffe ist / welches den Schaden gethan hat / den Schaden nicht getan.

¶ VII. Verum hoc ius non in omnib<sup>o</sup> casib<sup>o</sup> fortuitis obtine. *An semper re sed ad casum collisionis restringendum esse existimo, cum damnum in consulatu maris, in quo tamen mores nautici communes, pro dimicollecti sunt, de aliis casibus non idem disponatur, vii colligidi paries potest ex c. 198. vbi ita dicitur: Als een Schip, dat eerst in een Ha- refundi de- ve, Baay, Golf, of andere plaats geankert legt, schaade doet aan een bent, ander, dat na het selve is ingekomen, is her niet schuldig die schaade te vergoeden, het welk so te verstaan is, dat, als er een ronw aan't Schip, dat eerst geankert lag, gebroke was, of dat het geen ander bat, om 't vast te maken, als alleen dat geen, dat beter vooren had, en dat het sijn best gedaen had, of dat heet aan een plaats lag, daar het geentouwen*

D 3

10

te huus, nog te leen had kunnen krijgen, en dat het eweer so schielijk viel, dat het onmogelijk kon vast gemaakte worden, het niet gebouden is, indien het in sodaanig een gelegenheyd aan een ander sodaanige Schade, als boven, komt toe to bringen, &c. In iure patrio P. II. tit. 14. art. 2. eadem fere dispositio occurrit in casu, si signum, quod vocatur der Boyen, ab anchoris diuulsum casu fortuito reperiatur, & inde damnum nauis portum intranti datum fuerit. Primo enim disponitur, quod, qui tale signum omittit, damnum omne nauibus portum intrantibus resarcire debeat, deinde vero subiicitur: Es wäre dann / daß er mit zween glaubwürdigen Leuten bezeugen könnte / daß vor 12. Stunden bey Sommers- Zeit oder wenn der Tag kürz ist / vor 14. Stunden zum längsten noch ein wachender Boye auf dem Ancker gewesen / so soll er damit entfreyet cum scilicet facto alieno vel casu fortuito tale signum aquelli potuerit, idque non statim in notitiam naucleri peruererit. Verum in ordin. Hanseat. ciuit. tit. 10. art. 4. idem casus cum eadem limitatione occurrit, sed aliter deciditur, so sollen beyde Schiffe / doch des Rauffmanns Güter ausgenommen/ den Schaden bezahlen/ quæ decisio iuri Wisbyensi con- gruit. Sed ius prouinc. Pruss. lib. IV. tit. 19. iuri communi in totum se conformat.

*Obligatio inter mercatores & nautas.* §. VIII. Haec tenus de casu actum est, quando de damni casualis præstatione queritur inter eos, qui ex contractu sibi inuicem haud obligantur. Accedo ad eos inter quos nexus nautarum & vectores & quidem (1) ex locato; nauta enim locator est, qui nauim locat, seu res vehendas suscipit, mercator vero est conductor, qui pro vnu nauis mercedem soluit, quale negotium vocatur ein Schiff-Frachten vid. Stat. Hamb. P. 2. tit. 15. l. f. §. 1. ff. ad L. Rhod. de iact. (2) ex recepto ad restituenda recepta quæ actio prætoria cur inuenta sit, traditur in l. 3. §. 1. ff. naut. cap. 1. ab vt ita actio prætoria, quæ alias subsidiaria est, concurrat cum ciuili, quia pinguior est: Verum qualiscunque demum eligatur, si nauis periit per casum fortuitum, vel saltim merces aut recepta perierint, nauta non prestat casum fortuitum

tum veluti naufragium &c. l. 23. ff. de R. I. Sed res perit illi, cui ex contractu debetur h. e. domino suo. Neque etiam nautæ actione de recepto, propter casum vel vim maiorem tenentur l. 3. §. 1. naut. cap. 1. ab. vbi damnum fatale excipitur. Debet autem nauta casum fortuitum, in quo se fundat, probare l. 9. §. 3. loc. l. 2. C. de nauf. Stypman de iur. marit. P. IV. c. 10. n. 346. seqq. Peck, de renaut. ad l. 3. §. 1. naut. cap. n. 7. probato autem casu ve-  
toreculam, si quam in nauta arguant, probare debent.

S. IX. Quid igitur si merces perierint, v. c. quod direpta An merci-  
sint a piratis, vtrum naulum debeatur? In l. 10. ff. ad L. Rhod. de bus perditis  
iact. ita quæstio deciditur; Si vobenda mancipia conduxisti, pro eo naulum  
mancipio, quod in nave mortuum est, vestra tibi non debeatur. Paulus. debeatur.  
Imo queritur, quid actum est, virum pro iis, qui deportati essent, merces  
daretur? quod si apparere non poterit, satis erit pro nauta, si probauerit,  
impositum esse mancipium. Si pactum dicto modo conceptum  
est, non debetur vectura, cum subsist conditio, si merces depor-  
te fuerint; si tale pactum deficiat, debeatur cum sufficiat, quod  
merces impositæ fuerint, & casus non possit nocere nautæ.  
Similis decisio est in Stat. Hamb. P. 2. tit. 15. art. 1. Was  
ein ieder schiffet/da soll er die Fracht von geben/da gleich die Güter  
ohne Schuld des Schiffers verdorben oder vernichtet wären/ehe  
sie überfähmen/ihre Vorwant seyn denn anders. Verum si nauis  
periiit, seruat mercibus, tunc secundum Stat. Hamb. P. II. tit.  
17. §. 2. debetur naulum pro rata itineris, quod factum est. Was  
aber nicht geborgen/davon ist der Kaufmann Fracht zu geben/nicht  
schuldig. In consulatu maris cap. 229. varia sub distinctione  
res expeditur in casu, si a piratis pars vel dimidia vel tertia re-  
ceptarum mercium direpta fuerit, vbi tamen magis inclinatur  
in illam sententiam, quod naulum pro direptis mercibus non  
debeatur. Quod si nauis amissa est, vectura non debeatur se-  
cundum l. 15. §. 6. ff. locat. Videtur ergo distinguendum esse,  
vtrum opera tantum locata, non nauis vsus, veluti si quis  
nautam naui sua imponit, & hoc casu debetur naulum, qua-  
tenus per eum non stat, quo minus operas præstaret l. 19. §. 9.  
loc. an vero usus nauis, quæ ad nautam spectat, & hoc casu si v-  
sum

sum præstare non possit, per casum fortuitum, naulum quoque non debetur c. 1. 15.

**Obligatio inter exercitores & magistros nauis.** Illi vocantur Schiffredere / Schiffscitorem & Freunde. Stat. Hamb. p. 2. t. 13. Hivero der Schiffer. Stat. magistrum, Hamb. p. 2. tit. 14. quibus cura nauigationis commissa est ab exercitoribus. Alias etiam vocatur der Schiffer/ ad quem nauis pertinet, quod varia loca statuti nostri cit. l. indicant. Vbi igitur magister nauis nauigationi est præpositus, intercedit inter eum & exercitorem vel locatio, si merces promissa, vel mandatum, si gratis hoc munus suscepit, l. i. §. 18. ff. de exercit. act. Et ita ex natura horum contractuum facile apparet; damnum, quod ex discriminè tempestatis marinæ oritur, redundare in ipsos exercitores, quatenus domini nauis sunt.

**Quid si mandatum edit?** §. XI. Ulterius adesse potest obligatio ex mandato, Factoreyen/ vti loquuntur. Stypman de iure marit. p. 4. c. 12. & cum mandatarius excusetur, si omnem diligentiam adhibuit, ita de casu fortuito rerum sibi commissarum non tenetur, quæ pereunt, cui debeatur. In consulatu maris c. 207. p. 255. id i. psim his confirmatur verbis: Een Koopman, Bootsgesel of ander persoon, die eenig goed in commisse mee- neeme op sekere reys, of na sekere besproke plaats, is niet gebouden, so het gebeurt, dat al het goed op die reys, of plaats, verwaaris het selve gedeelment was, buiten des selfs toedoen komt te verongelukken, jers te vergoeden, of de betaalten aan die geene, die hem de commisse sal hebben gegeven. Additum tamen limitatio, si modo præscriptos mandati limites haud transgrediat, sed merces sibi commissas per illud iter deducat, quod ipsi præscriptum est: quodsi enim eas alio itinere secum ducat habeatque, & tunc casus contingat, casum hunc propter præcedentem culpam præstare debet. arg. §. 2. J. quib. mod. re contr.

**Si societas maritima inita sit.** §. XII. Præterea obligatio esse potest ex societate maritima Admiralschafft/ vti vocatur, quo casu ordinarie commune esse debet damnum casuale, sicuti lucrum quoque commune est, ybi scilicet æqualiter omnia in societatem contulerunt. Pertinet

tinet hoc exemplum ex l. cum duobus 52. §. 4. pro soc. vbi ICtus hunc casum proponit: *Quidem sagariam (vel lincteariam) vi ad- ditur in l. 5. §. 15. de tribut. act.) negotiationem coierunt, alter ex his ad merces comparandas (mati) profectus in latrones (vel piratas) incidit, suamque pecuniam perdidit, servi eius vulnerati sunt, resque proprias perdidit.* Quarebatur, quid de damni reparatione es- set statuendum? Julianus dicit, damnum esse commune, ideoque ac- tione pro socio damni dimidiam agnoscere debere, tam pecunie, quam rerum ceterarum, quas secum non tulisset socius, nisi ad merces commu- ni nomine comparandas proficeretur. Sed & si quid in medicos im- pensum est, pro parte socium agnoscere debere, rectissime Julianus pro- bat, deinde et si in aufragio quid periret cum non alias merces, quam nau- solerent aduehi, damnum ambo sentient. Addit deinde rationem ICtus: *Nam sicut lucrum, ita damnum quoque commune esse oportet, quod non culpa socii contingit.* Quod si ergo partes inaequales lu- cri sunt constituta, exdem quoque in damno attendi debent. Cum autem societas maritima potissimum consistat in unione multarum nauium propriei maiorum defensionem contra piratas, hinc potissimum ad hanc societatem iam applicatio facienda erit. Quia ratione itaque damnum a piratis datum hoc casu estimari & reparari debeat, Grotii verbis exprimere placet, qui lib. II. de J. B. & P. c. 12. §. 25. ita loquitur: *In societate nauali aduersus piratas utilitas communis est ipsa defensio: interdum & preda. So- lent autem estimari naues, & que in naui sunt, atque ex his summa con- fici, vi damage, que eveniant, in quibus sunt & vulneratorum imper- dia ferantur a dominis nauium & mercium pro parte, quam habent in ea summa.* Hanc æquitatem naturalem egregie obseruarunt maiores nostri in Stat. Hamb. P. II. tit. 4. §. 42. Wann eine Admiralschaft gemacht ist oder es sich begebe daß einem ein Frey- beuter an Bord käme/ so ist das Volk schuldig sich zu wehren/ bey Verlust ihrer Heure. Da nun jemand darüber oder sonstigen auf der Reise/ oder wann das Schiff vor Anker lieget/ zu Scha- den käme/ oder gelähmet würde/ der soll geheilet/ und gleich Ha- perey über Schiff und Gut gerechnet werden/ und da er zu solcher Unvermögenheit gerathen würde/ daß er die Kosten nicht mehr zu ge-

34 Cap. II. DE ORDINARIA PRAESTATIONE

winnen wüster soll ihm von Schiff und Guth oder auch nach Gelegenheit von dem Seefahrenden Aremen-Hausefrey Brodt sein Lebentlang verschaffet werden. Ceterum vnde *admiralitatis* deriuatio & denominatio petenda sit, erudite docet Dn. Werlhoff diss. de *iudicio Hamb. admirat. ab initio.*

*Quid si obligatio commoda ticoncur- rat.*

§. XIII. Sed etiam *commodati* obligatio concurrere potest, vbi expediti iuris est, *commodatarium* propter maiorem vim maioresque casus non teneri, veluti si instrumenta nautica *commodato* data naufragio latronum hostiumque incursu amisisit §. 2. 3. quib. mod. re contrab. oblig. Sed in *consulatu maris* cap. 204. contrarium deciditur his verbis: *Eenen Schipper, die eenige takeling te leen ontfangen heeft, is gehouden, in gevallen dat die takeling komt te verongelukken, of de verderven, gelijke takeling te restituieren, als die was, die hy te leen ontfangen heeft, of so veel geld als deselve waardig was, toen hy se ontfing.* Hoc ideo cautum esse dicitur, quod sepe contingat, vt huiusmodi instrumenta nautica *commodato* petantur, quæ vbi repetuntur, variis sub exceptionibus *commodatarii* subterfugia quartant, litibusque alterum inanibus vexent. Ut itaque nullo modo se excusare nullamque exceptionem allegare possint, singulariter in utilitatem nauigantium hoc constitutum, in quorum fauorem alias leges plura singularia indulgere solent. l. 1. S. 5. ff. de exerc. att. Diuersum tamen deciditur in c. 203. in instrumentis nauticis locatis, quia tunc merces pro vnu eorum soluitur, in *commodato* autem vhus gratis praefatur.

*De damnis culposis, ed- rumque prestatio-*

§. XIV. Progrederior ad *præstationem culpa ordinariam*, qua mediante detrimentum marinum datum est. Eadem autem via ingredior, qua in damnis casualibus hactenus vhus sum. Videlicet, aut *questio* est inter eos, qui nullo ex contractu sibi metu intuicem obligantur, aut vero inter eos, qui ex contractu quodam se intuicem conuenire possunt. De casu priori prius agendum est, vt methodum receptam hic quoque sequar. Hoc casio vero fundamenti loco substituo regulam ex l. 44. pr. ff. ad L. Aquil. In lege Aquilia & leuissima culpa venit. Cum enim in lege Aquilia principaliter de *damno extra contra- dictio*

*Inter eos, qui nullo contractu fibi obligan-*

Atum dato agatur potissimum ad eius fundamenta, quæ pleraque in naturali ratione consistunt, hic respiciendum est. Ratio autem decisionis prædictæ satis rationi conformis est, cum enim ei qui damnum patitur, nullum negotium cum lèdente intercedat, nulla ratio graduum; qui alias quoad *culpas* in contractibus attenduntur, haberit potest. Ast e contrario ab eo, quocum contraxi, quocum negotium quoddam celebrati, propter imbecillitatem humanæ naturæ aliasque rationes non semper eandem diligentiam exigere possim, sed quandoque etiam mihi imputandum est, quod cum hoc vel illo tale negotium suscepimus; Ex mea voluntate itaque rem meam vel tenet, vel aliter meum negotium peragit, vbi cautius procedendum erat; ast si nullum negotium mihi cum lèdente intercedit, æquus certe est, vt ille damnum reparet, qui aliquid commisit, quam vt ego illud patiar, qui nihil admisi. Vnde qualibet culpa obligat lèdenter ad reparationem damni. Distinguunt quidem inter culpm in *committendo* & *omittendo* commissam, putantque, culpm leuissimam tantum in *committendo* obligare ad reparationem damni, non vero in *omittendo* Zoesius ad tit. de L. Aquil. n. 7. Barbosa in l. 10. ff. solut. maritim. n. 32. Sed diueritatis ratio solida ostendi non potest, cum potius eadē ratio utrobique militet, & pleraque exempla supra c. i. §. 27. seqq. adducta, quæ culpm in *omittendo* continent, contrarium ostendunt. Conf. l. 8. i. 27. §. 9. ff. de L. aquil. Qui dissentiant, fundamentum omne in l. 13. §. ff. de r. usfr. querunt, vbi dicitur: *qui agraria non proficindit, qui vites non subserit, item aquarum dulcis corrumphi patitur, legi aquilia non teneatur.* Rationem decidendi hanc suggesterunt, quod in adductis exemplis sit culpa in *omissione* consitens. Verum *hac* ratio oppido fallit est. Lex Aquilia tantum de damnis per *corruptionem* & *desertionem* rei datis loquitur, & inde in datis exemplis actio legis Aquilia vel ideo cessavit, quia tale damnum ibi non occurrit. Ager enim non destruitur, si vel maxime haud proscinditur, quod & de vitibus dicendum est, sed inde tantum sit, vt fructus per unum vel alterum annum, quo proprietas ad domi-

num reddit, non nascantur. Item qui aquorum ductus corrumpi patitur, nocet proprietario haec tenus, ut expensas in purgationem eorum facere debeat, neque enim de totali corruptione iCtus loquitur, sed commode intelligi potest de tali casu, quo vſufructuarius non mature purgauit aqua ductus, ut penitus obstrueri sint, & ita non riuui corrupti vel destructi intelligi debent, sed fiero tantum est de ipso ducto, qui corruptur etiam tunc, quoties quid sit, quo aqua amplius per riuuum duci non potest, sed ante omnia purgari debeat.

*Culpa a ca-  
ſu diſcerni  
debet.*

*Si plures  
dederint  
damnum.*

§. XV. Atque ita facile iudicari potest de exemplis c. t. adductis, quibus adhuc infinita alia addi possent, si ratio instituti id postularet. Id tamen adhuc monendum existimo, plerumque culpam leuissimam, qua hic etiam praestanda est, casui fortuito adscribi, vnde in ea diiudicanda recurrentum esse dixi cap. i. ad duo fundamenta ibidem adducta, ut scilicet peritorum iudicio stetet & subinde mores nautici diligenter attendantur. Quodsi plures deprehendantur in culpa esse, putat quidem Wefenbecius ad tit. de L. aquil. n. p. plures ad damni reparationem teneri pro virili, quia bona fides non patitur, idem pecuniarium debitum in solidum a pluribus exigi. Sed in l. 11. §. 2. ff. ad L. aquil. afferitur, quod plures damnum dantes ex L. aquilia in solidum teneantur, adeo quidem, vt si cum uno actum sit, ceteri non liberentur, verum statim subiicitur, *cum sit poena*. Quia vero hodie simpliciter ad damni reparationem agitur, non ad poenam, ratio predicta cessat. Interim cum obligatio hac ex *fato illico* oriatur, singuli in solidum adhuc quidem tenentur, sed vnius solutio ceteros liberat. Neque beneficium divisionis hic admitti potest, quo delinquentes se indignos reddiderunt Ill. Dn. Stryk. in Vſu mod. ad tit. de L. aquil. §. vii. Bachou. ad Wefemb. cit. l. l. l.

*Quid si la-  
ſa nauis  
quoque in  
culpa sit.*

§. XVI. Quodsi tam laedens nauis, quam quæ damnum passa est, æquali in culpa sint, dubitatur, an ad damni reparatiōnem superfit aetio? an damnum in communī ferendum sit? annon vero culpa cum culpa compensari debeat? Ponamus

DETRIMENTI MARITIMI.

37

mus naues duas in portu minus recte religatas esse, & ita, fulnibus utrinque ruptis, damnum sibi inuicem dare. Puto actionem deficere, & compensationi locum esse, cum etiam in delictis compensatio locum habeat, si pecuniarie agitur l. 10. pr. §. 2. ff. de compensat. quorsum etiam facere videtur l. 45. §. 3. ff. ad L. aquil. conf. l. 39. ff. solat. matrim. l. 36. ff. de dol. mal. VVensembe. ad tit. de L. aquil. n. 9. ibique Bachoulius lit. m. Quodsi vero alter ex nautis in dolo versetur, alter in culpa, compensationi locus non est, cum dolus & culpa circa idem factum concurrent & dolus præponderet culpa. Hahn ad Wesemb. iii. de compens. n. 4.

§. XVII. Videndum nunc est de præstatione culpa or- De præsta-  
dinaria, quæ ex præcedente contractu fluit, qui occasione nauiga-  
tionis initus est, ubi expeditum est, ex natura contractus de- ex præce-  
super iudicandum esse. Quod nautam concernit, supra iam dente con-  
dictum est, quod teneatur tam ex locato quam ex recepto. Ex tractu  
locationis contraactu ultra leuem culpam non obstringitur, (1) Quoad  
si damnum culpa dedisse coniunctus est. Id ipsum ICetus indi- nautam  
gitare videtur in l. 3. §. 1. ff. naut. camp. stab. ubi disquirit in  
rationem, cur prator actionem in factum ex recepto introduxe-  
rit? cum tamen ciuilis actio ex locato non deficiat. Respon-  
det, hoc ideo factum esse, quod in locato conduta culpa dumtaxat  
præstatur, at hoc eadi lo omnimodo, qui recipit tenetur, etiam si sine cul-  
pa eius res perire vel damnum datum est. Constat autem ex variis  
textibus iuris Rom. quod vox culpe, absolute posita, leuem de-  
notet, id quod in verbis adductis eo minus dubii habeat, cum  
ex opposito liquidum hoc reddatur. Contendit enim ICetus in  
actione de recepto plus præstandum esse, etiam si sine culpa eius  
(leui) resperiri. Verba hæc possunt esse ambigua, & eum et-  
iam admittere sensum, quod casus fortuitus quoq; præstandus  
sit a nauta, si enim res periret sine culpa nautæ, & tamen tene-  
tur, necesse est, vt casu fortuito perierit, nisi subiecta esse clau-  
sula: nisi si quid damno fatali contingit. Hæc verba ostendunt,  
ICetum per verba sine culpa leuem intellexisse, quæ alias in loca-  
to præstanta est, & huc collimasse, vt nauta etiam leuissimam

E 3

cul-



culpam, & sic quancunque præstare debeat. Facit enim medium inter culpam & casum fatalem, quod itidem culpa est, scilicet leuissima, Vinnius in not. ad Peckium de re naut. in l. 3. cit. p. 33. Teneretur itaque nauta ex edicto prætoris de omni damno, nisi damnum fatale docere queat. Anton. Faber in ration. ad cit. l. 3. §. 2. tit. 6.

**Quomodo caute transnauam agi debeat.** §. XVIII. Cum ergo nauta simpliciter ad recepta restituenda teneatur, quacunque eius culpa damnum datum fuerit, hinc caute procedendum in repetitione damni, ne ex locavo temere agamus, sed potius in factum ex recepto. Hunc in finem in libello non facienda est mentio culpa a nauta commissa, vel cuius factores periiit, allegandum, sed sufficit, si simpliciter afferatur, nautam merces sibi concreditas recepisse & ita ex recepto obligari, ad res saluas præstandas. Receptum enim hic singularem promissionem nautæ denotare videtur res illatas saluas fore, quod indicant verba eti, quod cuiusque saluum fore receperint, & verbasimilia in l. 1. §. 8. naut. cap. slab. Recipitur autem saluum fore, h. e. firmiter promittit saluum fore. Notum est, hoc sensu vocem recipere sapienter occurrere apud scriptores probata latinitatis. Sie Terentius in Pharm. An reprobavimus ne non id facerem, quod recipi semel? h. e. quod promissum quemadmodum etiam receptum idem denotat, quod promissum, ut ex Cicerone probatum est in Thesauro Fabri voce recipere. Quodsi vero de casu fortuito excipiat nauta, illum probare debet l. 2. C. de naufrag. XI. Christinaeus vol. V. de cts. 68. n. 19. Stypman de iur. marit. P. IV. c. 15. n. 345.

**An exercitor tenetur de culpa sui magistri.** §. XIX. Quod si exercitor magistrum nauti præposuisseisset, & hic culpa sua damnum dedisset, posset dari actio exercitoria in ipsum exercitorem; quamuis enim exercitor ordinarie non teneatur ex delicto sui magistri, hoc tamen tantum de eiusmodi delicto est intelligendum, quod circa officium haud commissum est; culpa autem circa officium a magistro commissa redundat in ipsum exercitorem arg. l. 5. §. 8. ff. de inst. atti saltim ut ciuiliter eo nomine conueniri possit ad damni reparationem Brunnenm. ad cit. l. n. 3. Meneoch. conf. 1205. n. 41.

Quem-

Quemadmodum etiam exercitor alias factum nautarum quoque pristare debet *l. i. in f. ff. naut. carp. fab.* Pertinent huc plerique exempla *c. 1.* adducta, in quibus culpa circa ipsum officium occurrit. Conf. Carpz. p. 2. decis. 133. vbi in ratione decidendi *in f. huc collimat:* Weil die Fracht-Briefe denen exercitoribus zu gute gehen/ und ihm von dem Schiffmeister berechnet werden müssen/ und in Rechten klahr versehen/ daß swegen des Schiffmeisters und Schiffleuten Verbrechung auch die Exercitores in Anspruch genommen werden können/ s seynd dahero die Exercitores den mit ihren bestalten Schiffmeister auch in fremden Landen geschlossenen Fracht-Brief nachzukommen/ und denn durch ihren magistrum nautis wegen ihres verschwiegenen Zolls/ und daher erfolgten Confiscation verursachten Schaden zu ersehen schuldig.

§. XX. Simili ratione, si inter conuictores negotium *Culpa contra quoddam intercedit, is qui culpa sua damnum dedisse argui- velerorum.* tur, ex natura contractus de eo tenetur. Sic si socii negotia- *ex societas* tionem ineunt, vt vnu ex illis negotiacioni praeponatur, iu- *tu-* dicandum est de culpa a socio commissa ex natura societatis: Imprimis autem culpa a socio committitur, si contra pactum quid egit, & inde damnum marinum ortum sit, quia hunc ipse causam prebuit, faciendo contra pactum *l. ii. §. foliac. Quis enim dubiter, quin ei damnum sit imputandum, sine quo non accidisse; ait Quintil. de clam. XIII.* Proinde satis nota ter in patrio iure *P. 2. tit. 10. art. 3. de hisce pacis dicitur: Was Macopey-* Brüder in Anfang ihrer Gesellschaft miteinander abreden und bedingen/ solches soll zu jederzeit/ wenn es der naturl. Billigkeit gemäß stets und fest gehalten werden. Illustrari hoc ipsum comode potest casu quodam singulari, super quo mense prae- dente ex patria mea illustris Facultas iuridica huius loci con- sulta fuit, vbi sequens responsum dedit:

Hat Caius mit Titio An. 1698, den 28. Sept. in Hamburg *Facti spe-* einen Contract um gewisse Waaren von Genua nach Hamburg *cies,* zu bringen/ gemacht/ und zwar unter folgenden Bedingungen/ daß unter Titii Direction die Ladung zu Genua/ und zwar præcise in Janua-

40. Cap. II. DE ORDINARIA PRAESTATIONE

Januario 1699. bestehend in 600. Kisten Citronen / 100. Säcken  
Reiß/ Dehle und andern specificirten Waaren geschehen / und auf  
ein Französisch/ Englisch oder anderen Nation- Schiff/ daß alle die-  
se Waaren zu laden capable wäre/ ohne in einen Hafen einzulaufen/  
recta nach Hamburg gebracht werden/ auch ferner eine gewis-  
se Quantität der Assurantz von Genua bis Hamburg oder wenig-  
stens Cadiz thun lassen sollte/ dergestalt/ daß wenn obbeschriebener  
massen diese Assurantz in Genua nicht geschehen könnte/ der Ti-  
tius dem Caio positiue Ordre ertheilen sollte/ die Assurantz in  
Hamburg oder anderswo thun zu lassen/ ingleichen daß diese La-  
dung nicht über 4. bis 500. Rthlr. betragen / und wann sie davor  
nicht geschehen könnte/ sie alsdem nachbleiben/ und die Fracht von  
1500. bis 2000. a 2500. Rthlr. 200. a 300. Rthlr. weniger oder  
mehr von Genua nach Hamburg / und von da wieder zurück mit  
den Schiffer veraccordiret werden sollte. Hat nun diesen obge-  
achtet Titius solche Bedingungen nicht in acht genommen/ und fast  
gegen alle Accords-Punkte gehandelt/ indem er die Citronen/ aber  
nicht in der Qualität/ wie davon in den Contract Meldung gesche-  
hen zu St. Remo geladen in April erst vertrocken/ 500. Säcke Weizen  
an statt der bereits eingekauften 100. Fässer Dehl übernom-  
men/ und die Fässer Dehl zu St. Remo liegen lassen/ ein Genuesisch  
Schiff darzu genommen/ die Assurantz auf eine ganz andere Ma-  
nier/ als ihn vorgeschrieben/ verrichten lassen / und die Connosse-  
menten wider vorgeschriebene Bedingungen eingerichtet/ da Ti-  
tius eine Clausul darunter angeheftet / daß er die freye Disposi-  
tion über die Ladung auf den Spanischen Küsten behalten wolte/  
die certe partie ebensfalls dieses im Munde führet/ daß ihm svey ste-  
hen solte/ die ganze Ladung nach seinen Belieben zu Cadiz auf und  
einzuladen/ ingleichen/ die Ladung über 9000. Rthl. gemacht/ und  
davor 3000. Fracht versprochen. Ist nun dieses Schiff in Junio  
von einem Algierischen Rauber genommen worden/ und wird also  
nummehr bei diesen Umständen gefraget:

*Quæstio.* Ob Caius gestalten Sachen nach an diesen Contract  
nicht verbunden/ und derselbe ipso iure null sey / also  
daß

dass Titius weder Actionem noch Exceptionem dar-  
aus habe/ sondern er dem Caio zu restituiren schuldig sey/  
was er bey solcher Ladung Schaden erlitten.

Wann nun gleich hiebey eingewandt werden möchte/ daß wenn Rationes  
gleich Titius bey der quæst. Ladung etwas verloren / und fines dubitando/  
prescriptos überschritten/ solches doch nicht so genau von ihm gefor-  
dert werden könne/ anerwogen Caius mit ihm in Compagnie ge-  
standen/ und aus den Rechten bekant ist/ quod qui negligentem  
socium assumit, de se queri sibiique imputare debeat, quod  
socium parum diligentem elegerit. l. 29. §. 16. fam. herc. l. 52. ff. pro  
soc. §. vlt. 3. de soc. ferner daß das Schiff durch ein Algierischen Gees  
Räuber genommen worden/ ihn nicht mag beygemessen werden/  
als welches pro mero casu fortuito & fatalitate zu achten. l. 13. ff.  
de R. J. l. 15. §. 2. ff. locati. l. 1. C. de pignorar. art. 1. C. depos. §. 2.  
J. quibus Mod. re contr. obl. Quod si enim damnum in societa-  
te per latrocinium contigit, hoc commune esse debet. l. 52. §. 8.  
pro soc. und ob gleich einige culpa von den Titio dabei vorgegan-  
gen seyn möchte/ und sonst aus den Rechten bekant ist/ quod vbi  
culpa casum precedit, casus non excusat, so ist doch dieses nur  
alsdenn iuris, quando culpa est ordinata ad casum, si autem  
non est ordinata ad casum, tunc per superuenientem casum  
purgatur. Bargalius de dolo lib. 5. c. 2. n. 117. welches auch hier  
statt finden möchte/ da der Casus sich guttragen können / wann  
gleich alles punctuellement wäre obseruiret worden. arg. l. 5. §.  
1. ff. de L. Rhed. de iactu Brunniem. ad cit. l. §. 2. zugeschweigen daß  
in Handlungen und vorgeschriebenen Ordern es auch billig heisse/  
quod omnis dispositio intelligatur, rebus sic stantibus.

Dieweil aber dennoch (1) in den zwischen Caio und Titio ges. Rationes  
troffenen Contract expresse abgeredet worden/ daß Derselbe/wenn decidenda  
nicht alles darinn beschriebenermassen ausgerichtet werden könnte/ o/  
der würde/ null und nichtig seyn solte/ und also wenn gleich der ca-  
sus nicht erfolget / doch Caius dem Titio nicht würde verbunden  
gewesen seyn; nachdem er in allen Stücken dem Contract entge-  
gen gehandelt/ cum clausula nullitatis insignis effectus produ-  
cat & operetur, ne actus yaleat. Decian. vol. 2. cons. 98. n. 6. nec

42 Cap. II. DE ORDINARIA PRAESTATIONE

ex pacto per se nullo possit nasci actio. *I. 6. C. de pass.* Wesenb.  
vol. i. cons. 131. n. 151. & in genere quod nullum est, nemini ius a-  
liquod tribuere possit. Menoch. cons. 230. n. 13. auch (2) über-  
dem sonstigen rechtens / und denen See-Contumien gemäß/ dafs/  
wann gleich vorgemeldte clausula annullatoria dabey sich nicht  
finden sollte/ dennoch der Contract auf diese Weise müsse exequiret  
werden/ wie es abgeredet worden/ denn sonstigen der Schade über  
dem gehet/ der den Contract vorgeschriebener massen nicht exequi-  
ret. Het Consulat. von de Zee c. 280. p. 513. ein folgl. Titius bis-  
lig den Schaden tragen muss/ als welcher in allen Punkten den ge-  
schlossenen Contract zu wider gehandelt/ und in vielen Stücken eine  
grossi culpam committiret/ als da er nicht debito tempore abge-  
seegelt/ das Schiff erst den 7. Febr. 1699. bedungen/ die Certe par-  
tie den 28. dito unterschrieben/ über die Citronen den 28. Marr. das  
Connoissement gezeichnet/ und allereist im April dicti anni, ver-  
trocken/ da doch vi contractus praeceps in Ianuario eius anni das  
Schiff hätte abgehen müssen/ und dieses aus der erheblichen Ursache/  
weil die obgedachten Waaren alsdenn am dauerhaftesten zu  
seyn pflegten/ in culpa autem est, qui post tempus conuentum  
nauigat. Stracha de naut. p. 3. n. 3. Dabey demn dem Titio  
nichtis zustalten kommen kan/ als welcher offenbahr in mora bey  
der ganzen Ladung gewesen/ und die gerte partie erst in Febr. ge-  
schlossen/ da schon tempus conuentum nauigandi vorbei gewes-  
sen/ mit hin nach den Contract davon abstehen/ und die Beschrif-  
tung gar unterlassen müssen/ in übrigen auch (4) die culpa des Ti-  
tii so beschaffen/ dafs sie ad casum directa ist/ da er nicht allein in  
mora gewesen/ sondern auch contra fidem pactorum ein Genu-  
fisch Schiff genommen/ welche Schiffe der Gefahr vor Ægyptische  
und dergleichen See-Räuber vor andern unterworffen/ die Assur-  
rantz nicht conuento modo eingerichtet/ Dahero dann erfolgen/  
dafs wie der casus geschehen/ die Assurantz schon geendiger gewe-  
sen/ und die Premien umsonst gegeben/ auf der Reise sich aufgehal-  
ten/ und contra pacta zu Alicanten und Cadix ausgesetzt/ und  
also nicht gesaget werden mag/ dafs wenn er alles debito modo er-  
füllet/ der casus sich doch zugegragen haben würde/ in gegenthheit da-  
er

## DETRIMENTI MARITIMI.

43

er 2. Monath später gereiset als sich gebühret/ dieses Unglück durch seine Schuld sich zugezogen/ auch was de negligente socio angeführt worden/ ihm nicht excusiren mag/ da die Contrauentiones gar zu offenbahr enorm und handgreiflich sind/ auch sonst sonstius culpam leuem prästiren müßt. Carpzou. P. 2. c. 26. J. 12. n.

6. Capicius decis. 174.

So halten wir davor/ daß Caius gestalten Sachen nach an Deciso.  
diesen Contract nicht gebunden/ sondern Titius vielmehr ihn allen  
Schaden gut thun müsse.

§. XXI. Similiter ex eodem capite mandatarius datum praestare debet, quod contigit in mari, si contra terminos prescriptos, contra datam fidem egit, quo sum reffero, si ex verbis appareat, singularem personæ industriam esse electam, & tamen alii rem committat, aliumque substituat. Si vero talis est verborum concepsio & facti natura, ut quod iniunctum est, ab alio implir non possit, fides singularis personæ electa est l. vn. S. 9. C. de cad. toll. Menoch. lib. 2. pref. 21. n. 6. Inde in Consulatu maris c. 276. p. 447, hac de re ita disponitur: So wanneer iemand aan een ander enig goed, op de naam van Koopmannschappen, in commissie geeft, of gegeven heeft, en die geene, die de commissie gegeven sal hebben, bedingen, of bedongen heeft, met die geene, diewelke de voorfsz, commissie ontfangt, dat deselve de voorfsz. Goederen in commissie in person sal hebben over te bringen, na sodanige plaats, of plaatser, of op sodanige reys, of reysen, als rütschen denselbe & die geene die de commissie gegeven heeft, geaccordeert salen zyn, sal den voorfsz commissaris gehouden zyn of convenient, diewelke tussen hen en die geene die de commissie gegeven heeft, gemaakt zyn, in alle deelen na te komen; en deselven mochten bestaan, en van waarden zyn, het zy dat semet, of sonder geschrifte aangegaan waren; alleen maar dat men se des noeds zynde, sal kommen bewijzen. En als er by geval sodanig akkord, als bovengesegte is, met het voorfsz. Verding gemaacks sal zyn, en die geene, de welke de commissie aangenomen heeft, moet goed aan een ander kome over te geven, of over te stenden, sonder verlof van sijn principaal sal voorfsz commissaris gehouden weesen, by aldien dat de goederen in commissie gebeel of ten deele komente verongelukken, alle de voorfsz. goe-

F 2

de-



deren, als de wijn die met deselven had kunnen gedaan worden, te vergoeden en te betalen aan die geene, die hem de commissie gegeven sal hebben, nademaal dat hy het verding niet opgevolg heeft, het welk tussen hen tuyen gemaake was, toen hy de commissie aannam. Quamuis enim alias in mandato non indistincte culpa leuissima praestanda sit Brunnen, adl. 10. ff. mand. n. 2. aliud tamen dicendum arbitror, si in negotio expediendo singularis personæ industria electa sit, cum qui tale mandatum suscipit, singularem suam industriam promisso videatur, quam mandans in negotio exequendo postulavit. In iure patro tamen P. II. tit. 12. art. 3. cautum est, quod mandatarius indistincte culpm leuissimam præstare debeat. Ein jeglicher so einen Befehl auszurichten über sich genommen ist dabei allen möglichen Fleiß anzuwenden schuldig und deswegen so durch seine schuld Fahrlässigkeit oder Versäumnis einiger Schade beschicht ist er demselben zu erstatten verpflichtet.

**Damna** dolo data datu vindicantur criminaliter.  
**§. XXII.** Quod damna dolo data concernit, quia in delictorum verorum classem incident, ideo non tantum producunt obligationem ad satisfactionem priuatam, seu damni dati reparationem, sed etiam publicam, & inde quoque criminaliter eo nomine agi potest §. 11. J. de L. Aquil. Brunnen, in process. inquis. c. 9. n. 64. seq. Sic quamvis nauigationis ergo arma cogere permisum sit l. 1. ff. ad L. Iul. de vi publ. Sitamen ad deprædationem maritimam, si ad opprimendos naufragos coguntur, vel ut possessorem de nau sua deiciat, crimen publicum contrahitur l. 3. §. f. ff. cod. l. 3. inf. ff. de incend. ruina naufr. Huc pertinent, qui naues suas diuersorum nominibus & titulis in fraude aliorum tuerentur l. 1. C. de nau. non excus. In stat. Hamb. P. II. tit. 14. art. cautum est hac de re ita: Ein jeglicher unser Bürger soll führen einen rothen Flüger und wer das nicht thut/ der soll es besefern mit drei Marck Silbers zu der Stadt Nutzen. Præcipue damnum dolo dant illi, de quibus fit mentio in l. 10. ff. de incend. ruina naufr. qui lumine ostendo fallunt nauigantes, quasi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naues, & qui in eis sunt, deducunt, sibique execrandam prædam parant, qui pro grauitate damni dati

## DETRIMENTI MARITIMI.

45

dati puniuntur, aliquando etiam ultimo suppicio. Peckius in commun. de re naut. in l. 10. cir. n. 4. ibique Vinnius in not. lib c. Idem, de his dicendum est, a quibus nauis spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut funes eius præcidentur aut vela considuntur, ut dicitur in l. 6. ff. eod. de quibus per latronibus grauis sententia dicenda est l. 7. ff. eod. quin etiam præterea tenetur ex lege Aquilia, ut in l. 27. §. 24. ff. ad L. Aquil. de eo dicitur, qui nauem venaliciarum mercium perforasset & in l. 29. §. 5. ff. eod. de eo, qui frenem, quo nauis religata erat, præciderit, hinc de nave, qua periret, in factum agendum. Neque enim legis Aquilia actio locum habebat, cum nec corpore suo nec in corpus damnum dedisset, & ideo ad subsidiariam in factum recurrendum erat l. 11. ff. de P. Verb. quamvis hodie parum referat, qua actione utaris, cum virtu trobique agatur ad damni reparationem.

§. XXIII. Denique superfunt damna *irre lictio*, data, qualia sunt primario per factum. Tendit autem iactus ad conseruationem nauis, personarum & mercium, vel ut Curtius lib. V. ait: *Gubernator, ubi naufragium timeret, iactura, quicquid feruari potest, redimit, quo fundamento nititur singulorum obligatio ad contribuendum, vi omnia in contributione sarciantur, quod pro omnibus datum est*, ut ait Paulus l. 1. ff. de L. Rhod. de iacta. Vocatur alias haec *Contributio Hauaria*, non a porru Hosen/ uti *Hauaria*. communiter volunt, quasi contributio in portu fiat, sed potius a voce germanica *Habe*/ quæ lingua Inferioris Saxonice vocatur *Hay* und *Guth* h. e. bona & facultates, sicuti itaque a voce *Bodem*/ quæ itidem Germanica est, dicitur Bodemrey/ ita quoque *Hauaria* eandem derivationem sortitur, præsertim cum terminatio ista reihe copiam & multitudinem denotare videatur Schilter in pr. tur. Rom. ex 27. §. 28. Conferuntur itaque in *Hauaria* omnia bona, ut in tributum veniant, & inde ratio denominationis perita est.

§. XXIV. De ipsa contributione ita disponitur in Stat. *Quæ bona Hamb. P. II. tit. 10. art. 2.* Wenn ein Schiffer in vorstehender in tributum Wassers Noth zu Errettung Schiffes und Guther einige Güter vermautet/ den Schaden soll man rechnen über Schiff und Guther/ ges-

F 3

wers



worffen und ungeworffen. Idem disponitur in iure Wisbyc. art. 41. iure Hanseat. naut. tit. VIII. art. 1. & consulatu maris c. 23. seqq.  
**E cap. 28.** Conferre itaque debent (1) ipsa nauis, vtpote quæ per iactum etiam seruata est l. 2. §. 2. ff. Rhod. de iact. (2) res ceteræ in naui seruata, licet nauim non adeo onerent l. 2. cit. quod quoque expresse dispositum est in iure patrio cit. art. 3. Hatiemand baar Geld/ Perlen oder Edelgesteine bey sich in den Schiffen und man aus Noth werffen muß' er sage dasselbe von sich oder nicht/ so soll er gleichwohl nichts destoweniger andern/die Güter in dem Schiff haben/ gleich Haveren geben und bezahlen. Sed in Legibus Wisbyc. tit. 38. hoc tantum restringitur ad res pretiosas quas quis in arca habet, si autem tempore naufragii eas circum corpus cingat, earum nomine quoque nihil tribuit. Excipiuntur (3) tamen libera personæ & cibaria l. 2. S. 1. ff. de L. Rhod. de iact. quod etiam in iure patrio art. 2. cit. l. confirmatur. Conseruantur etiam (4) res amissæ, vt etiam quæ propter iactum deterioratæ sunt art. 4. P. 2. tit. 16. licet vel maxime clanculum in nauem illata, nec nautæ indicatæ fuerint. Consulat. mar. c. 254. Conferre quoque debet (5) nauta ratione vectura der Fracht per art. 2. & 9. cit. l. Stat. Hamb. habet enim vecturam quoque saluam propter iactum. Weitzius de Anaria §. 2. Olim hac de re grauiter controuersum fuisse inter mercatores appareret ex consulatu maris c. 293. p. 225. vbi variaæ opinioneæ referuntur, & tandem decisio subicitur: *Dat het vrugt-loon, bes welk de Koopluyden of andere Persoenen aan den Schipper belooft sul- len hebben geheelyk voldaan, en betaalte moet worden, sonder regenseg- gen behoudens evenwel het akkord, en de conuentien, die bussen de Koop- luyden of andere persoonen en de Schippers gemaakte sullen zyn. Ende dat de voorfz. Schippers in cas van verpen, gebouden zyn, te contribueren voor al het geen dat sy van het vrugt-loon over houden het welk sy von de voorfz. Koopluyden, en andere persoonen voor de voorfz. voyage komen te onfangen.* A vectura tamen detrahi debent merces nautarum der Matrosen, item de montkoft vt dicitur in cit. c. 293.

**Quibus conferen-  
tum.**

S. XXV. Illis vero conferendum, quorum merces sunt ia-  
ste in communem omnium utilitatem, item quorum merces sunt

## DETRIMENTI MARITIMI.

47

sunt per iactum deterioratae. Dico per iactum, nam si extra iactum deteriorata fuerint, earum nomine non sit contributio, vti dicitur in Stat. Hamb. P. II. tit. 16. art. 4. Waren aber Güter vor oder nach und nicht in der Werffung verdorben/ dem Schaden rechnet man nicht auf Haverey. Eadem distinctio quoque fundata est in lege Rhodia, vti apparet ex l. 4. in f. ff. de L. Rbod. de i. i. t. vbi in casu deteriorationis vel ideo contributio desideratur, quia parum interest, iactatas res meas amissim, an nudatas deteriores habere cooperim. Nam sicut ei, qui perdiderit, subuenitur, ita & ei subueniri oportet, qui deteriores propter iactum res habere cooperit. Ex quo concludo, illis tantum conferendum esse, qui propter iactum damnum passi sunt. In quo etiam se fundat decisio art. 5. Stat. Hamb. P. II. tit. 16. Sed parum cum hoc principio coheraret decisio stat. nostri P. II. tit. 14. art. 35. vbi ita disponitur: Wann die Rohbrügge und Überlauff und das Schiff über Wassers nicht wohl gedichtet/ und dahero sich Schade verursachet/ so kommt der Schade auf den Schiffer: Bericht aber solches durch Gewalt grossen Ungewitters/ wird der Schade vor Haverey geachtet/ wie denn auch wenn sich Schade unter Wassers verursachet. Hoc casu si daminum culpa naucleri non accidit, sed ex discrimine tempestatis marinæ, non contributio sarcendum erat, quia non pro omnibus & in omnium salutem datum est, sed potius mere per casum fortuitum accidit, & consequenter in dominum vnicce redundare debeat. Ex his rationibus forsitan factum est, quod in Recessu de an. 1618. hic articulus correctus fuerit hunc in modum: bericht aber solches mit Gewalt grossen Ungewitters/ wird der Schade vor Haverey nicht gerechnet/ wenn auch sich Schade unter Wassers verursachet/ trifft derselbe den Eigenthums-Herrn allein/ und sollen die andern Waren denselben mit zu tragen nicht schuldig seyn. Similiter ratione in P. II. tit. 16. art. 2. dispositum est: Da die Mast/Ancker/ Tackeln. Täue von der Macht des Sturms oder Ungewitters zerbrechen oder verloren würden/ den Schaden kann man nicht über alle rechnen. Neque enim daminum hoc in omnium salutem datum est, sed mero casu fatali contigit, ergo res perit suo domino secundum

dum fundamenta supra posita. Verum si ponamus, hoc datum in conseruationem nauis & mercium faciūm fuisse, Havaria locus est, ut etiam in verbis antecedentibus cit. art. 2. disponitur: Würde die Mast um Schiff und Guth zu retten gehauen, oder Tackel-Anker der Tau gekerbt, der Schade geht über Schiff und Guth. Quod etiam iuri Romano conueniens est, Nam arbore cesa, ut nauis cum mercibus liberari possit, aequitas contributionis habet locum, dicitur in l. 5. inf. ff. ad L. Rhod. de iactu conf. l. 2. §. 1. inf. l. 3. ff. eod. Similiter haud conferendum est iis, qui sumptum instruendæ nauis, de vestis armamentis istu fulminis & arbore & antennæ, facere debuerunt, quoniam hic conseruandarum mercium gratia haud factus est. l. 6 ff. ad L. Rhod. de iact. Breuiter iis conferendum, qui in gratiam aliorum dannum passi sunt.

**D**ynid si  
merces iactum est, in dolo vel minimum culpa esse mercatorem, qui  
non fuerit, merces quasdam clanculum nauim intulcrit, nec easdem in-  
dicauerit, ad defraudandum nautam in nauo vel vēctura, ita  
si tales merces iacte fuerint, contributio domino huiusmodi  
mercium haud facienda est. Quamuis enim ex his contribu-  
tionem aliis facere debeat per art. 3. P. 2. tit. 16. ibi: er sage daß  
selbe von sich oder nicht / ipsi tamen in fraudis poenam mini-  
me confertur, cum fraudem propriam allegans minime audiendus sit, nec ei prodes debeat l. 26. C. de transact. l. 5. C. de  
condit. ob turp. caus. c. 16. X. de re script. c. 2. X. de dolo, & frustra le-  
gis auxilium inuocat, qui committit in illum l. 37. inf. ff. de mis-  
Expresse hoc cautum est in Consulatu maris c. 254. vbi ita:  
*Als een Koopman, of verscheide Koopluyden een Schipper komen te be-  
vragten met eenige Pakken, Baalen, of andere Stuk-goederen, en desel-  
ve Koopluyden in het midden van alle soedereige Pakken, Baalen, Bon-  
dels, Kassen of andere Stuk-goederen, of in een derselven eenig goed heymelyk in steeken, of doen insteeken, gelyk als Gout, Silver, gemaunt Geld,  
Parel, Sylde, of ondere preticuse Waaren of Koopman-Scheppen soe-  
danige die ook mogten wezen, een dat geene, dat si heymelyk in die Pak-  
ken, Baalen, Bondels, Kassen, of wat voor andere Stuk goederen bee-  
son-*

sonder mogen wesen, sullen gesloken, en niet gesagt, nog bekent gemaakte  
hebben aan de Schipper, toen sy de vrage bedoengen, nog aan de Stuur-  
man, nog aan de Schryver van het schip, daarsy het in quamen te laa-  
den, in gevaar raakte, door dien dat of het Schip by ongelyk genoorthake  
wierd, te werpen, of an Strand geset zynde quam te trekken, en sodae-  
nig Pak, Baal, Bondel, of ander goed, als waar in het geen gesagt is, sal  
gesloken zyn, geworpen wierd, sal onder het gewurpe goed niet anders  
gerekenet warden, als alleen het geen, waer voor de vrage bedoengen is;  
al was 't schoon datter getuygen van gebrachte werden en dat deseelve ge-  
tuggen verkaarden, dat sy t'en hadden steu indoen; mits dien dat sy 't  
niet aan den Schipper nog aan de Stuurman, nog aan de Schryver nog  
aan den Opsieder vertoont, of angegeven hebben, en dat berin 's Scheeps-  
boek niet angetekent is. Ita mercator propria fraude capitul-  
& fallacia alia aliam trudit vt ait Terent. Andr. art. IV. sc. 4. Per-  
tinet hoc dictum Plauti in rudente art. IV. sc. 7. In estate homi-  
num, aut plurime sum, transme vbi decipiuntur. Aque edepol in  
eos plerumque escas imponitur, quam si quis audis posci escam auari-  
ter, decipitur in transmea auaritia sua.

§. XXVII. Ceterum extra iactum aliis quandoque ex <sup>æ</sup> Quibus  
quitate conferendum est, vbi alias damnum in omnium vilitate extra iactu-  
m cedit, quales casus aliquot ex statuto nostro recensendi e- conferendū  
runt. Sic in P. 2. tit. 14. art. 35. ita disponitur: Dierweil auch est.  
oftmahl's bey denen Salz Laccagie ist / davon vor diesen keine  
Haverey gerechnet worden/ und denn gleichwohl nicht unschuldig/ wenn  
mercklicher großer Schade daran befunden/ und solches durch Ver-  
ursachung/ daß es/ um ein Vierland zu vermeiden/ oder sonst aus  
Neth/ Schiff und Guth zu erhalten/ bengelget/ oder über seine  
Maaf gesiegelt würde/ und solches durch drey oder vier der besten  
in Schiffe eydlich gezeuget/ soll der Schade zur Billigkeit nach Er-  
kantnis erfahner Leute vor Haverey gerechner werden. Pariter  
propter collisionem nautum casualem quandoque conferen-  
dum est. Nam in art. 7. p. 2. tit. 17. constituitur, quod nauta  
dimidium damni ferre debeat, sed statim subiungitur: Auch  
daß des Kaufmanns Guth das mit in dem Schiff ist / welches  
dem Schaden gethan hat dem Schaden nicht mit gelten Ergo.  
regu-

regulariter mercatores in hoc casu conferre non debent. Sed in art. seq. 8. casis refertur, vbi quandoque collationi locus esse debet. Si scilicet per collisionem nauis quædam ita deteriorata sit, vt qui dem non mergatur, sed iam facere debeat, vbi questio oritur, an nauis lädens conferre vel an etiam mercatores in nauis lassa contribuere, an vero nauta damnum duntaxat ferre debeant? Si culpa desit, dimidium damni nauis lädens terre debet, sed mercatores in nauis lädente nil eo nomine contribuunt. Hæc tamen additur limitatio. Ist aber der Schade des zerbrochenen Schiff's und geworffenen Güths grösster denn das ander Schiff mit seiner Zubehörung und der Fracht werth ist zu der Zeit als es dem Schaden gethan hat so soll der Schade über das zerbrochene Schiff / Fracht und die darin salvire Güter gerechnet / und wie in andern geworffenen Güthern gebräuchlich nach Antheil eines ieden Güthes begahlet werden. Sic ergo mercatores tantum tenentur in subfidiu, si nauis lädens pro rata satisfacere non possit. Alias in L. Rhodia c. 36. distinguitur: si nauis velifcans in aliam nauim in portu quiscentem vel que vela laxarit, interdu delata fuerit: Omnis tam collisione quam interitus ad exercitiorum pariter & ad ipsos vectores spectat, ac reliquum est, ut & merces in contributionem veniant. Quod si res noctu acciderit, & nauis signem non fecerit, nec clamores ediderit, se ipsam perdit, id est damnum ferre sua culpa debet, quod ex tali collisione oritur. Similiter hoc pertinet decisio l. 4. pr. ff. ad L. Rhod. de iactu, quæ quoque in ius patrium translata est. P. II. tit. 16. arg. 9. his verbis: Erfordert es die Noth, daß man ein Schiff inuß leichten (non propter discrimina tempestatis marinae sed propter loci naturam) damit es über Grund kommen und desto besser in den Häfen mege gebracht werden. Da denn ein Theil der Güter in das Both oder Nachen gelöst / und damit versunken oder unkämmen den Schaden muß man rechnen über das Schiff-Guth und Fracht. Additur tamen limitatio: Bleibe aber hernach das Schiff mit den Güthern / den Schaden darf man von den Güthern die in den Both enthalten / nicht mit gelten/ quia, ut additur ratio in cit. l. 4. iactus in tributum deum venit, saluante, quæ hic submersa est. Ceterum indefini-

finite in textu dicitur: *den Schaden muss man rechnen* &c.  
quod tam de damno *amissarum mercium*, quam ipsius *scaphae amissae* intelligi potest. Putat tamen Vinnius in *not. ad Peckium de re naut. in l. 4. cit. p. 245.* hoc tantum de *amissis mercibus* esse intelligendum, detrimentum *scaphae* ad solum dominum nauis spectare, quæ decisio forsan hac inititur ratione, quod merces in scapham trajectæ expositæ sint periculo, & communium mercium seruandarum causa nauis exonerata sit; sed scapha in conseruationem nauis non præcise periculo exponatur. Ast hæc ratio diuersitatis inanis est; si merces in scapham trajectæ periculo exponuntur, necessario quoque ipsa scapha eidem periculo exponitur in vtilitate nauis, & sicuti alias nautæ contribuendum est, malo casu, seruandæ nauis & mercium causa *l. 5. §. 1. ff. de L. Rhod. de iact.* ita quoque in hoc casu idem obtinebit, vbi eadem contributionis æquitas occurrit.

§. XXIX. Denique quoque illis conferendum est, qui *illis' confe-*  
*expensas conseruandarum mercium gratia fecerunt l. 6. in f. ff. rendum*  
*de L. Rhod. de iact.* quia parum refert, utrum iactus factus fuerit, qui impen-  
an alter quis damnum fecerit. Inde in Stat. Hamb. P. II. tit. *fas in vtili-*  
*16. art. 8. disponitur:* *Wann ein Schiff an Grund segelt/ und es* *tatem com-*  
*ist zu befahren/ daß Schiff und Guth möchte Schaden leiden/ kön-* *mum fe-*  
*te man daselbst haben kleine Schiffe/ was das kostet/ sollen bezah-* *cerunt.*  
*len Schiff Guth und Fracht/ gleich Werffgeld.* Similiter etiam in  
*art. 10. ex eodem fundamento simili sit decisio;* *Wann ein Schiff*  
*vorsehender Noth halben vor ein Land käme/ da es haben müsse/*  
*und daselbst unbefant wäre/ so daß es einen Pilerten bedürftet/was*  
*das kostet/ soll gelten Schiff/ Guth und Fracht/ als in geworffen*  
*Gute verordnet ist.* Idem obtinet, si nauis a piratis redempta sit.  
Stat. Hamb. P. II. tit. 19. art. 1. Ratio enim *vbiique* est eadem,  
*ut plenius & multis aliis exemplis deduxit Lauterbach de -*  
*quit, & extens. L. Rhod.*

§. XXX. *Aestimatio damni & rerum conseruatarum Aestimatio*  
*non est eadem.* Nam secundum *l. 2. §. 4. ff. de L. Rhod. de iact. damni.*  
*amissæ aestimantur, quanti empta sunt, non quanti venire pos-*  
*sunt; cum enim amissæ sunt lucri futuri nulla haberi potest*

*G 2 ratio;*

tatio; sed servatarum mercium diuersa est conditio, quippe ex quibus adhuc lucrum speratur, & inde estimantur, quanti venire possunt. In consulari maris, 29. p. 123, aliter distinguuntur, utrum dimidium itineris consecutum sit, nec ne, priori casu estimantur amissa, quanti venire potuerunt; posteriori vero, quanti emta sunt. Iure Hamb. P. II, iii. 16. art. 2. indistincte traditur. Der Guther (amillarum scil.) Werthe soll man rechnen als das ander Geld in dem Marchte / und das Schiff nach seinem Werthe als den Schiffer es gesetzet, bencben der Fracht / und haben die Kaufleute die Wahl, ob sie es dafür annehmen / oder dem Schiffer lassen wollen, quia decisio iuri Wisbyensi art. 20. congruit. Ceterum de modo contributionem faciendi nihil addo, quia commentatoribus adff. plenius describitur.

## Cap. III.

## DE EXTRAORDINARIA DAMNI MARITIMI PRAESTATIONE.

§. I.

**E**xtraordinaria detrimenti maritimi praestatio in eos redundat, qui alias iure ordinario de damno maritimo non tenentur, sed ex accidente, forte expatio & conventione discrimen maritimum subeunt. Atque hoc ipsum vel sit ab iis, qui iam concurrunt ad ipsam navigationem, seu quorum commido ipsa navigatio suscepta est, vel ab extraneis, quorum intuitu navigatio non est facta.

§. II. Ad postremam classem potissimum pertinent

*Affecratio* uersores periculi seu qui pro certo pretio periculum pro parte suscipiant, vocanturque *Affecratores* *Affecradeurs* vel etiam *Affecradeurs*. Constat enim ex iure nostro, quod etiam periculi suscepio sit pecunia aestimabilis, & pro illa premium certum promitti possit l. 5. ff. de naut. foen. III, Dn. Stryk. in Vs. mod. ad cit. §. 2. id quod in societate quoque attenditur, vbi socio, qui solus subit pericula, maius lucrum obuenire debet.

29. §.

29. §. 1. ff. pro soc. Idem ergo contingit in contractu assencionis, negotio inter mercatores visitatissimo, vi cuius periculum rerum mari transuehendarum pro certo prelio suscipitur. Quamuis autem etiam assencionis terrefris detur vid. Dn. Werlhof. diff. de instrum. assec. secl. i. §. 7. cum tamen de hac non simus solliciti, & maritima frequentior sit, definitionem tantum ad materiam propositam direximus, vt contineret susceptionem periculi rerum mari transuehendarum.

§. III. Quemadmodum vero hic contractus moribus Parum regentium Europarum debetur, & ita diuisiones iuris Romani feruntur: qualis hic plane accommodari nequeunt, ita otiosam, ne dicam insit contraria fidipidam esse quaestione existimat, vtrum sit contractus nominatus an in nomine minatus, ut de illa tantopere laboret Stypman de iur. marit. p. 4. c. 7. n. 45. item ad quem contractum iuris Romani referri debeat? qui enim huiusmodi quaestionem mouent, supponunt vel arbitrantur, nullos alias dari contractus, quam qui in iure Romano expressi & explicati sunt. Ita immersi nonnulli sunt studio iuris Romani, ut nihil amplectantur, nisi quod ius Romanum doceat, nihil credant, nisi quod Tribonianus verum esse ait, nihil solidum, eruditum, aut iustum esse putent, nisi quod ex legibus Romanis possit explicari, declarari, illustrari. Explicuerunt ICris egregie contractus, qui eo tempore inter gentes cogniti fuerunt, & quos necessitas communis inter gentes eo tempore produxerat. At sicuti commercia gentium post hanc tempora ingens incrementum accepertunt, inde non potuerunt noua plane & antea incognita negotia nasci, quae commerciis prout nunc sunt, specialiter inseruirent. Ignota fuerunt ICris Romanis cambia, que hodie tam insigne incrementum afferunt ad commercia gentium promouenda, quae suis propriis regulis constant, ut proinde ex iure Romano minime explicari queant, sed ex suis propriis fundamentis & regulis estimari debeant. Idem iudicium formandum esse puto de contractu assencionis, qui suis peculiaribus regulis constat, adeoque proprius & ab aliis plane distinctus contractus est. Ut ut enim in l. 5. ff.

54 Cap. III. DE EXTRAORDINARIĀ DAMNI

de naut. foen. quædam tradantur generalia fundamenta, quæ ad hoc negotium suo modo applicari possunt, illa ipsa tamen sunt principia iuris naturæ, sed specifica eius differentia moribus recentioribus debetur, & inde totum hoc negotium iudicandum est.

**Quodnam** §. IV. Sed reuertor in viam. Forma assecurationis detrimen- consistit in *susceptione periculi & constituto prelio* quod vocant *dilectum mari premie*. Cum vero periculum variis contingere possit modis, eimum ob- siue casu fortuito siue culpa nautæ, imprimis videndum est, de liget asse- quo detrimento assecuratores conueniri possint? Periculum curatores, quoad suam naturam requirit ut sit incertum & futurum Dn. Werlhof de instrum. assē. S. 1. §. 9. quamuis enim contingere possit, ut quo tempore assecuratio fit, iam nauis perierit, quia tamen de eo non constat eo tempore, quo assecuratio fit, pro futuro reputatur. Quodsi itaque assecuratus iam sciret, na- uem periisse, & subdole alios ad assecurationem induceret, suscep- tio periculi assecuratores haud obligaret propter dolum, qui excludit consensum. Ceterum quale detrimentum maritimum obliget assecuratores, potissimum ex instrumento assecurationis, quod *Polizza* dicitur, iudicandum est.

**Quid si** §. V. Vnde si *culpa nautæ* damnum datum fuerit, culpa nau- quæstio oritur, an assecuratores eo nomine teneantur? Equi- to damnum dem si, vt communiter fieri solet, in Polizza expressum sit, datum fue- daß sie auch vor dem Schaden stehen wollen/der aus des Schiffers faute entstanden/ res expedita est vid. Ill. Dn. Stryk, de Vf. mod. tit. exerc. act. §. 7. in adducto responso. Ceterum si expressa hu- iusmodi conuentio deficiat, non leuis ratio dubitandi nasci- tur, quod exercitor nauis factum sui magistri praestare debeat, & quod in susceptione periculi tantum cogitatum fuisse vi- deatur de periculis, quæ casui fortuito adscribuntur. Ac- cedit quod in dubio interpretatio facienda sit contra eum qui clarius loqui debuisset, l. 31. ff. de partis qualis est is, qui singu- larem utilitatem ex aliquo negotio querit, scilicet mercator, in cuius utilitatem facta est assecuratio vid. Disp. Dn. Praef. de Interpret. facienda contra eum qui clarius loqui deb. Hisce tamen non

non obstantibus, ordinarie quodlibet discrimen maritimum  
assecuratores subire iudico, modo asscurati in nulla culpa de-  
prehendantur, vti recte sentiunt Santerna de *asscurat.* p. 3. n.  
19. seq. Reinold Kurike de *asscurat.* p. 4. Stracha de *asscurat.* gl.  
31. n. 4. Fontanella *dec.* 243 n. 14. Rota Genuensis *dec.* 3. n. 13.  
Nam in plerisque fere locis etiam citra pactum in mores abiit,  
vt asscuratores de *dolo* etiam & *culpa* magistri nauis & cuius-  
cunque alterius extra ipsum dominum nauis teneantur Scacc.  
de *commerc.* §. 1. q. 1. n. 155. Dn. Lyncker *resp.* 27. n. 14. Atque haec  
decisione optima fundatur ratione, quia quod *dolo* vel *culpa* al-  
terius sit, respectu tertii pro damno casuali potest haberi. Hoc  
certum est, damnum *culpofum* vel *dolosum* non excusare, quate-  
nus cum eo agendum est, quidolum vel culpam commisit. Ast  
respectu mercatoris, qui nullo modo ad *culpam* vel *dolum* sui  
magistri concurrit, hoc *damnum casuale* dicendum est, cum  
nec hoc precauere aut auertere potuerit, sed factio tertii oria-  
tur Conf. Struu ex. 19. lib. 32. Imo qui magistro cuidam na-  
uem vel merces suas committit, non tantum propter discrimina  
tempestatis marinæ, sed etiam ob factum sui magistri in  
timore hæret, & ideo asscuratores querit, ideo pretium iis sol-  
uit, & proinde de quoquis periculo illi tenentur. Atque ita  
quoque in Patria mea obseruari, non tantum ostendit prælau-  
datum responsum Dn. Lynkeri, sed etiam sententia interlocu-  
atoria, quam de 25. Octobr. 1703. domini ad admiralitatem de-  
putati pronunciauerunt, & a Dn. Werlhofio *diff. de instrum.* §.  
sec. in append. lit. u. p. 61. adducta est. Cumque hanc mate-  
riam optime illustrat, eandem hic repetere placet ; Würde  
Kläger mit Körperlichen Eyde erhalten/wie er zu thun schuldig/ daß  
so wol bey Vermietung seines Schiffes/ Concordia genant/wor-  
auf Schiffer Erich Knuzen gewesen/ als bey Errichtung der Police  
mit guter Treu und Glauben alles von ihm sey verrichtet und vor-  
genommen worden/ auch daß er nicht gewußt/ daß dersupra-cargo  
Benedictus Nebel nach verbotenen Haven und Orten/ allwo keine  
Königl. Zoll-Städte seyn/ zugehen gewillt gewesen / noch er der  
Kläger dem besagten Schiffer darzu einige Ordre gegeben/soll fer-  
ner

ner definitiue ergehen was recht. Addit sub inde Dn. Werlhof inclytæ Facultatis iurid. Helmstadiensis confirmationem prædictæ sententiae, adiectis decidendi rationibus. Ceterum non dubium est, quin assecuratores regressum habeant aduersus nautam, cuius dolo vel culpa damnum marinum contingit. Dn. Lyncker cit. respons. n. 17. Non nego tamen, consultius & utilius esse, etiam huiusmodi damna, quæ culpa vel dolo nautæ contingunt, in Polizza exprimere, & expresso pacto ad ea assecuratores adstringere, quo pertinent consuetæ formulæ, quæ in Polizza, typis in patria mea expressa, continentur: *Alle perikulen schaæ of vngelukken, bedacht en onbedacht, die dat Schip in eenige maneeren mogte overkomen, waer't ook, dat sulke gebeurde door faute of te versyramisse van de Schipper of sijn volk of te door wat aetien enpretenſen ok eenig ongeval of te constateert het sonden moegen procederen het sy van Vyanden of Vrienden,*

*¶ VI.* Cum vero discrimina maritima sint infinita, quibus nauigantes sunt obnoxii, solet quoque dubitari, an assecuratores etiam de quibuscumque casibus teneantur? Constat enim, quod casus fortuiti distingui soleant in *solitos* & *in solitos*. Ut enim omnis casus *uero modo* possit dici *insolitus*, eo sensu, quod ex audiente eueniat, nihilominus tamen comparative loquendo recte potest dici, quosdam esse solitos, qui facilius contingere & ita præuideri quodam modo possunt, licet præcaventi nequeant; quosdam insolitos, qui forte mille annis semel contingunt. Unde licet Carpzouius P. II. c. 26. def. 8. hanc distinctionem non adeo attendendam esse iudicet, vbi quis generaliter & indefinite casus fortuitos suscepit, admittit tamen limitationem n. 7. in casu plane insitato, vel insolitissimo, qui forte mille annis semel contingat, de quo non cogitarunt contrahentes. Idem probat Cardinalis Mantica *de iac. & ambig. conuentu lib. V. rit. 8. n. 5.* vbi in 6. addit non tantum casum insolitum appellari, qui semel mille annis contingit, sed hoc tantum exempli catifa & hyperbolice ita dici, sufficere itaque, si per hominum memoriam eiusmodi quid haud acciderit. Atque exinde concludit Marquardus *de iure mercatorum lib. II.*

*lib. II. c. 15. n. 66.* asscuratores haud teneri, si nauis in balan-  
nx molem sub vndis latitantem Impetu vehementiori illi-  
sa compagibus revulsis perierit. *Conf. Seb. Medices de  
casib. fortius p. 1. qu. 15. n. 18.* Ill. Dn. Stryk. in *Vs. Mod. ad tit.  
de nautico foenore §. 7.*

§. IX. Ut ut vero hanc distinctionem in aliis contra-  
etibus, veluti locati conducti, improbare haud possum, du-  
bito tamen an ad presentem possit applicati materiam.  
Hac enim est asscurationum natura, vt asscuratores in lo-  
cum eius, cui fit asscuratio, transeant, quemadmodum quo-  
que in polizza exprimi solet, quod locum asscurati subire  
velint, vt habetur in formula polizzæ anno 1637. in patria  
mea concepta & a Stypmanno p. 4. de iure marit. c. 7. n. 42,  
relata, vbi in medio dicitur. *Wijfellen ons van alles tot als in de  
plaetse, vel etiam ita: in alles ende tot alles in des geassureerden  
plaetse om denselven te befruyen, en van alle Schwierigheden son-  
der eenige exceptien schadeloos te houden.* Vnde etiam est, quod  
Doctores afferant, mercatores quasi euentum periculi ab  
asscuratoribus emere. *Santerna de asscur. p. 3. n. 22.* Ex  
quo fuit, asscuratores idem praestare debere, quod exerci-  
tor nautis praestare debuisset, si asscuratio nulla facta fuisset;  
iam autem ipsi damnum obtigisset, ergo post asscuratio-  
nem pro illa parte illud sustinere debent, pro qua locum  
exercitoris intrarunt. Evidem Icti veteres de hac mate-  
ria mirum in modum titubarunt; nec ipse Petrus Santerna  
*cit. l. n. 74.* se fatis expedire potuir, qui dum Bartolum suum  
ab imputato errore & contradictionis vitio vindicare anxie  
studuit, semet magis intricauit, quam extricauit. Neque  
enim fatis inquisiuit, vtrum hac distinctio, qua in aliis ma-  
teriis quandum usum habere potest, ad præsens negotium  
eadem facilitate applicari possit? De quo velideo dubito,  
quia hoc totum negotium de essentia sua vnicce ideo con-  
trahitur, vt asscurator pro certo pretio periculum susci-  
piat. Ait in ceteris contractibus *ex accidente* contra naturam  
negotii ordinariam ex pacto quis suscipit periculum, vbi

58 Cap. III. DE ORDINARIA PRAESTATIONE

per pæctum plane receditur a natura contractus ordinaria,  
& consequenter stricte talia pæcta sunt interpretanda, ne  
nimia irregularitas inducatur. Sic conductor non tenetur  
de casu fortuito ex contractu locati; tenetur tamen ex pæcto,  
si illum in se recipit. Hoc pæctum autem naturam loca-  
tionis plane mutat & inuenit, & irregularare quid in ipso ne-  
gotio producit. Quando ergo de huius pæcti intellectu vel  
interpretatione dubium oritur, in dubio illud restringen-  
dum, ne nimium a natura contractus recedatur, & hoc in-  
tuitu casus insolitissimi excludendi sunt. Ast huius-  
modi, ratiocinationes in contractu assurcationes  
cessant, quia hic de essentia & natura totius illius negotii  
est, vt detrimenta quævis pro pretio ab assuratore fusc-  
piantur adeoque si casus etiam insolitissimi assurcoribus  
tribuuntur, nihil fit contra naturam huius negotii, sed plane  
secundum eam.

*Cur species  
casuum  
fortuito-  
rum refre-  
ranter.*

§ IX. Ex quo conc'udo, assurcorores ordinarie omnem  
casum præstare debere, quocunque modo contingat, siue  
suscepcio periculi indefinite concepta fuerit, siue definite, vt  
casus etiam in specie recensentur. Fieri hoc solet commu-  
niter ad omnes euitandas controvuersias, cum, vt ante di-  
ctum est, Dd. hac de re satis inter se disceptent, quæ lites  
cessant, si specialis expressio adsit v. c. alle perykel der Zee,  
van vier van Winden, van vianden ende Vrienden, van Brieffen, van  
Marke of reppressalien, van arrest ende detemnie, van Konige Printzen  
ende Herrn, wie sie sijn ende generalyken van allen andern perykeln  
ende fortuynen, si souden moogen overkoomen in eeniger manier,  
ost de man soude moogen vordenken gewonlik of ugewonlik III.  
Dn. Stryk. in Vf. Mod. tit. de naut. foen. §. 7. Stypman. de iure  
marit. P. IV. c. 7. n. 335. De illo tamen non tenetur periculo,  
quod expressè in polizza exceptum est. Sic Stypmannus  
cit. l. n. 425. exhibet formulam polizzæ, anno 1637. Hambur-  
gi conceptam, vbi hæc exceptio adiecta: doob van de arrest  
van

van syn Maytt, van Denemarken in de Sont dragen wy assura-  
deurs geen pericul, qua tunc vtilis erat propter bellum, quod  
inter regem Danie & civitatem exarserat.

§. X. Ex haec tenus dictis nunc facile colligitur etiam Assurato-  
res contribuere debere, si iactus seruandæ nauis res contri-  
causa factus sit. Kürike de assurat. p. 6. quia iactus quo-  
que casibus fortuitis annumeratur. In genere enim con-  
damnum ex ferre debent, quorum interest saluam nauim esse l. 2. §. 2. ff. iactu fa-  
de L. Rhod. de iact. Struu. ex 20. tb. 18. & sicuti omnes conse-  
runt proportionabiliter, ita quoque assuratores pro illa  
parte conferre tenentur, pro qua periculum suscepérunt.

§. XI. Ordinarie periculum quod assuratores susci- detempore.  
piunt, in eos redundare incipit a tempore, quo merces in  
nauim fuit inlatæ, duratque vel ad tempus præscriptum,  
veluti ad tres menses, vel vsque ad certum locum. Inde in  
polizza hoc exprimi debet. Fit huius temporis mentio  
in formula apud Styppman cit. l. Welker Rysk wy dragen ende tot  
onsen laste nemen,naden dach ende vre, dat deselfde Koopmans bop-  
pen fullen geladen of geschept gewesen, om een boort te vooren,  
want deselfde schip of t'schepen ende in't het selfde geladen fullen syn cr-  
de sal dueren totter tjt tot het selfde schip hi gekomen in deselfde  
haven van Hamburg binnen booms ende deselve Koopmanschappen  
vpt land fullen ontladen zyn in goede behoudense. Quod si ad  
certum tempus periculum suscipiatur veluti ad tres men-  
ses, elapso tempore exspirat obligatio assuratorum, licet  
post tempus nauis pereat, vii contigit in casu c. II. §. 20. ad-  
ducto.

§. XII. Quodsi ex discrimine marino detrimentum Quid se  
secutum est, mox hoc indicandum assuratoribus. Sic an- damnum  
no 1697. art. 13. inter assuratores Hamburgi conuentum contigerit  
esse refert Dn. Werlhoff diss. de instrum. assc. p. 41. Dass in der  
Police zu drucken / dass von alien Schaden und Auarien / so in  
Europa geschehen/ innerhalb Jahresfrist an den assuradeurn  
intimation und Nachricht von dem ergangenen Schaden müsse  
gethan werden bey Verlust der Forderung. Facta intimatio-

ne, intra duos menses assécuratores soluere tenentur quatenus periculum in se suscepérunt, ad quod in polizza sese obstringere solent, ut ex formula quam Dn. Werlhof cit. l. p. 55, adduxit, conspicuum est.

*Quatenus  
sponsores  
damnum  
prostat.*

S. XIII. Pergo ad alias rationes, quibus quis extra ordinem damna maritima subire tenetur. Potest hoc quandoque contingere per sponsiones, durch Verträge / quas mercatores de casu incerto, etiam infidi maris, inire solent, quorsum pertinet decantata illa, a ICGris toties repetita sponsio: si nauis ex Asia redierit vel non redierit l. 129. B. De V. Obl. Quod si enim nauis non redierit, sponsor, qui in hunc evenitum aliquid promisit, soluere debet. Sed cum materia sponsionum ab aliis iam satis excussa sit, vel tetigisse eam sufficit, cum mihi vela sint contrahenda, quippe portum iam prospicienti.

S. XIV. Similiter in pecunia trajectis, & hodierna Bodenmeier susceptio periculi quadam occurrit, non quidem totius nauis, sed pecunie alius rei fungibilis mutuo date, & quidem itidem vel in meatum & remeatum l. i. C. de naut. foen. vel in meatum tantum l. 2. C. cod. vel ad certum tempus l. 6. C. cod. Sed cum hisce modis non periculum in viuernum suscipiatur, sed tantum pecuniae credita, unde vulgatum: Wer Geld auf Bodenmeier giebet / lauffe rischio davor / in hoc profundum pelagus me immittere nolo, praesertim cum materiam de Bodenmeier peculiaris dissertatione solide iam explicit. Magn. huius Academiae, Pro-Rector Dn. Bodinus. Illud vel binis addere verbis placet, toties tantum pecuniam periculo creditoris esse, quoties mero infotum nauis periit: si enim culpa debitoris, nautae scilicet, damnum contigit, creditor pecuniam omnino exigere potest. Et hoc pertinet decisio l. 3. C. de naut. foen, unde praesentis dissertationis rubrica desumpta est: in quo textu causis continetur, ubi nauta, illicitas merces, Contrabande Wahren comparauerat, & propterea fiscus totam nauim occupauerat, de quo casu hac decisio traditur, quod amissarum mercium detrimenntum, quod non

*non ex marina tempestatis discrimine, sed ex precipiti avaritia & incipiendi debitoris audacia accidit, creditori adscribi nequeat.*

§. XV. Progedior ad alterum membrum, vbi agentem est de iis, qui extra ordinem damnum maritimum præstare debent, & simil ad nauigationem concurrunt. Sic aliquando nauta extra ordinem ad detrimenti maritimi reparationem tenetur, ut contingit in specie, quam recenset *nauta ex ordinem damnum maritimum præstare debet.* Alfenus in l. 31. ff. locat. In nauem Sauseii, ait ICtus, cum complures frumentum confaderant, Sauseius unius ex his frumentum reddiderat de communis, & nauiperierat, quossum est, an ceteri pro sua parte frumentum cum nauta agere possunt oneris auctoritate? ICtus hanc questionem distincte decidit, & ante omnia videndum esse ait, quid actum fuerit inter partes, cum tres casus hic distingui possint. Primus casus, qui etiam ad presentem materiam spectat, est, si locatio irregularis inita sit, ut eiusdem generis tradatur h. e. vt simpliciter tantum quantitas reddetur in loco destinato, quo casu in creditum itum esse videtur, velut cum argenteum pusillatum fabro daretur ut vasa ferent, & aurum ut annuli, quo intuitu triticum Sauseii factum fuisse videatur, & ita recte vni partem suam tradidit, nauta autem de reliquo tenetur, cum debitor non species sed generis fit, genus autem perire non possit l. u. C. si certum petat. Quin quod cum frumentum Sauseii factum sit, ipsi quicque tanquam domino perire, & ita extra ordinem periculum præstare debet. Alter casus est, si ita datum sit frumentum, ut in simili resolutio posset, conductor tantum culam præstare debet. Obstat quidem, quod debitor generis fiat, & ita eadem decisio obtinere debeat, sed recte animaduertit Dn. Stryk. in V. Mod. tit. locati. g. 6. hoc non fieri absolute, sed intuitu certa speciei, h. e. se obligavit ad reddendam quantitatem certam ex aceruo in naui congesto, intuitu cuius est debitor speciei. Si ergo nauis perire, conueniri nequit, si culpa caret. Denique casus tertius est, si separatis tabulis aut heronibus aut in alia cupa, ita sum minus cuiusque frumentum fuisse, ita vi internosci potuisse quid cuiusque esset, & hoc ca-

62 Cap. III. DE EXTRAORDIN. PRAESTATIONE.

su singulis suum reddere debet, nec de casu tenetur. Neque enim hic communio facta est, ut in secunda specie contigit, vbi mercatores frumentum confuderant. Ceterum cur I<sup>c</sup>rus oneris auersi actionem hic denegat, optime explicat III. Dn. Stryk. cit. l. §. 7. quorum B. L. remitto.

*Sic conuecto,* §. XVI. Sic etiam conuectores, per pactum damnum res in commune suscipere possunt, vt etiam de damno teneantur, quod tantum in bonis aliquius ex illis contigit. Sic in consulatu maris cap. 19.4 hac de re ita cauetur: So der een onseer ontstond, na dat het Schip een gedeelte der ingelaade goederen gelost had, waar door het overige goed, dat nog in 't Schip gebleeven was, quam te verongelukken, sal het goed, dat reets onseert is niet verschuldigt weesken te contribueren voor het geen, dat verongelukt is, so anders de Kooplieden, die dat goed toebehoort, te vooren nij fallen bedrogen hebben, dat het cene goed de Schade von het andere sal helpen draagen.

*Conclusio.* §. XVII. Sed quemadmodum viris, qui nauibus vehuntur, precipuum gaudium est, nauigationem auspicantibus deductiorum venire ventum, verisimile est enim & in fine meliorem redditum consequituros, vt ait Lindarus oda I. Pythion. ita postquam secundis ventis a littore solui, & per varios casus, per tot discrimina rerum & equora per terrauit, in fine quoque meliorem redditum consequor. Ex alto enim procul terram conspicio, & sic exire de naui cogor. Vtrum recte nauigauerim, aliorum esto iudicium. Explicui pericula maris. Quis vero inter tot fluctus sine periculo nauigat? Noui illud Plauti in Penul. att. 1. Sc. II.

Negotii sibi qui volet vim parare  
Nauem & mulierem hec duo comparato.

Nam nulle magis res due plus negotii

Habent, forte si acceperis exornare

Neque unquam satis haec due res ornantur

Neque eis villa ornandi satis satietas est.

Verum iatis solatii est nauigantibus, quod quomodo cum quelittus petere possint, quod genus solatii pro me quoque allegare non erubesco.

¶ (o) ¶

**E**in Freund/ indem dein Mund von Schiff  
Welch disputiret/

Laufft Dein gelehrtes Schiff in schönsten Hafen ein/  
Das Wissheit/ Witz und Recht anstatt der Wahren führet/  
Wodurch das Vaterland sich künftig kan erfreun.  
Der Sturm ist nun vorbeiz; Corsaren und Syrenen/  
Ein Raub der Wissenschaft/ verderb der goldnen Zeit/  
Kan Dein geschickter Geist verlachen und verböhnen/  
Dein Cours war stets gericht nach der Gelehrsamkeit.  
Rühmt jenes Pleiß-Athen Dein angenehmes Wesen/  
Wo ein gelehrter Wind in Deine Seegel bließ;  
So läßt Haline dir von Dir mit Ruhme lesen/  
Dass Du als Jason trägst der Klugheit guldnes Blies.  
Hierzu sek' ich den Wunsch; Witz und gelehrtes Wissen/  
Sey dieser Wahre gleich/ die tausend Zinsen trägt;  
Doch wenn sich Glück und Ruhm bey Dir als Schwestern  
Küsten/  
So denk an deinen Freund/ der treue Liebe hegt.

Hierdurch wolle sich dem Herrn Respondenti recommande  
diret haben deinen gehorsahme Diener.

JOHANNES CHRISTOPH. KOES,  
Holsat.

**O**ch werth geschätzter Freund/ der seines  
Fleißes Proben

Auf diesen Saal Athen bisher bekannt gemacht/  
Wir suchen nicht hierdurch Dein edles Thun zu loben/  
Und wie DU dein Talent so rühmlich angebracht.

I

Wir

Wir dencken nicht so wohl die Tugend raus zu streichen/  
 Als D JR aus Freudigkeit/ wie Freunde darzu thun/  
 Wie sehr es uns ergeszt/dass bey so edlen Zeichen/  
 Bey solcher Wissenschaft DU dennoch nicht willst ruhn.  
 Das DU den Schiffern gleich/die einst die See durchfahren/  
 Zum neuen Laufe schon die Seegel hast gespannt/  
 Und dass/wenn sich in D JR schon viele Künste paaren/  
 Dennoch zu mehren sen Dein muntrer Geist entbrandt.  
 Das Meer der Wissenschaft hat mancher kaum erblicket/  
 Kaum hat er eine Fahrt/die kurz genug/ gethan/  
 So wird ihm der Compas durch Ungedult verrückt/  
 Denn landet er geschwind bey faulen Brüdern an.  
 Auf der gelehrten See heißt dieses Schiffbruch leidem/  
 Den untersuchest DU/ und siehest ihn zugleich.  
 Wen Armut hier bestürmt/ muss drüm nicht alles meiden/  
 Wohl aber/ der / so mehr an Gut/ als Willen reich.  
 Dem muss an Gut und Ehr das Strand - Recht alles rauben  
 Der durch Begierden will sein eigner Sturm-Wind  
 seyn.

Und die Sirenen mehr/als wie der Pallas glauben/  
 Die senken Gut und Blut selbst in die Strudel ein.  
 Gewiß/die Wilde See hat nicht so viele Klippen/  
 Und weicht an Gefahr den hohen Schulen noch.  
 Gesellschaft/ Spiel und Wein! und ihr verbuhlten Lippen!  
 Wenn nicht Charybdis kriegt/ der fällt ins Scyllens  
 Loch.

Zwar pflegt ein Schiffer auch den Anker einzusenken;  
 So ruhet manchesmahl ein froher Mulen Sohn;  
 Sein Geist ermuntert sich/wer will es ihm verdencen?  
 Er trägt auf kleine Rast ja hoppfe Kraft davon.

Denn

Denn fährt er/ wie DU/ Hochwerther Freund/  
gefahren/

Sieht allen Sturm zur See mit Weisheits Augen an.  
Urtheilt von Eigenthum der ausgeschmissnen Wahren/  
So standhaft und gelehrt/ wie DU aniest gethan.  
Wir freuen uns mit DJH/ daß die gelehrten Blätter/  
Die Sturm und Unglücks voll/ DU wohl durchsegelt  
hast

DJH grüße auf der See hinfort beliebtes Wetter  
Nach diesen aber auch Ehr- und Vergnügungs-Raß.

Bey seiner gelahrten Disputation von See Schaden wollten  
hiermit gratuliren zwey ergebenste Freunde und Diener

H. SAGER. L. ADOLPHI.  
Holst.

¶ Ch dachte bey mir selbst/ Hochwerther Kellinghusen/  
Was geht doch vor ein Reim auf deinen Nahmen an?  
Judem ich mühsam war/ rieff Echo laut: die Musen!  
Und disz hat sie gewiß nicht ohne Grund gethan:  
DU bist von Jugend auf den Musen hold gewesen/  
Minerva legte DJH vergnüglich an die Brust/  
Und lies aus ihrer Hand die tausend Früchte lesen/  
Bis DJH die Themis rieff zu ihrer Augen-Lust  
Hierauf so liebtest DU die Musen an der Pleize/  
Und samlerest erhist den Weisheits-Nectar ein/  
Mit was vor Hertigkeit/ mit was vor muntern Fleize/  
Kan Philurea stets ein wahrer Zeuge seyn.  
Haline/ wo das Sals der reinen Weisheit quillet/  
Nahm DJH hiernechst vergnügt in ihren Musen-  
Chor;

Wie-

Wiewohl ihr kluges Maß nun Deinen Durst gestillt/  
Das stellet diese Schrift und Deine Lippe vor.  
Das werthe Vaterland hat sich zu gratuliren/  
Das ein so theures Pfand einst in die Mauen kriegt/  
Das Klugheit und Verstand mehr als Jubelen zieren/  
Das jederman durch Treu und Redlichkeit vergnügt.  
Mein Damon, lebe wohl mit deinen Mosen-Schäzen/  
Dieselben bringen dir erwünschte Tüzen für;  
Sey Deiner Eltern Trost/ der Mosen Ihr Ergözen/  
Der Freude Augenlust / des Vaterlandes Zier.  
Hiermit molte seine Schuldigkeit gegen den Herrn Responda-  
ren als seinem geliebten Freunde beobachten deßen ver-  
bundener

STEPH. KENKEL,  
Patr. Hollat.

**S**In wohlbestelltes Feld giebt endlich reiche Früchte/  
Ein tief-durchsuchtes Schacht bringt Gold und Sil-  
ber ein:  
Mein Freund/ so kommst Du mir auch heute zum Ge-  
sichte/  
Dein Weisheit-volles Licht zeigt sich in vollen Schein.  
Denn wie DU den Verstand nicht lassen Brache liegen/  
Der Saame hoher Art ward in dis Land gestreut:  
So weist sich jetzt die Frucht/ den Mosen zum Vergnügen/  
Die Frucht/ die ieden sich zum süßen Nutz anbeut.  
Die Klugheit/ welche Gold/ die Weisheit so Jubelen  
Und Silber übertrifft/ zeigt/ daß durch Müh und Fleiß  
DU manches Buch durchsucht/ dergleichen Schatz zu zehlen;  
Denn jeder wirft DU zu verdienten Ehren-Preis  
Schweig Riel! ein fremder mag sein schönes Lob beschreiben/  
Mein

Mein Lobgespruch möchte mir als Freund verdächtig  
seyn;  
Ich will nach Freundschaftes Art bey einem Wunsche bleiben:  
Es trage Dein Talent die reiche Zinsen ein.

Mit diesen wenigen Versen, wollte sich den Herrn Respondenten  
recommandiren/ dessen gehorhafter Diener

MAURITIS RACHEL,  
Holsat.

Dass angewandter Fleiß nicht ohne Nutzen sey/  
Dindem Gelehrsamkeit/ das Kleinod hoher Seelen/  
Sich pfleget mit dem Fleiß vertraulich zu vermählen/  
Bringt uns Dein kluger Geist an diesem Tage bey:  
Denn da Dein weiser Mund von Schiffwerck disputiret/  
Spricht jeder/ dass mit Recht Dir Lob und Ruhm gebühret.  
Und schwieg gleich unser Mund/ Du andrer Pythias/  
Die Musen würden doch an jener schönen Pleiße/  
Und klugen Saalen-Strohm von Deinem muntern Fleiße  
Beredete Zeugen seyn/ wo Sie ihr weises Maß;  
Meinervens Honigseim/ Afräens Perlensäfte/  
Die reichlich eingeflößt/ zu stärken Deine Kräfte.  
Darum ergöze Dich an deiner Wissenschaft/  
Die Nutz und Labsal giebt/ und Perlen überwieget/  
An deren Kostbarkeit sich jederman vergnüget;  
Der Himmel schenke Dir noch ferner Geist und  
Kraft/  
Dass Deine Wissenschaft zu einen Brunnen werde/  
Der seine Strohme schenkt dem Himmel und der Erde.

Dieses setzt seinem höchstziehenden Gönner und Freund

I. O. KRAPPE.  
Hols.



00 A 6429




3

sb.

V3 17





DISPVTATIO IVRIDICA 35  
DE  
**DISCRIMINE**  
**TEMPESTATIS**  
**MARINAE,**

*Bon*  
**See = Schaden /**

*occasione l.3. Cod. de nautico foenere.*

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

*SERENISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO*

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPĒ PRVSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBURGICO,  
DVCATVS MAGDEBURGICI GVERNAT.

RELIQUA.

IN REGIA FRIDERICIANA

P R A E S I D E

**DN. IVSTO HENNINGO Göhmer /**  
D. PROF. PVBL. ET FACVLT. JVRID.

ASSESSORE,

*PATRONO AC PRAECEPTORE SVO AETERNUM  
DEVENERANDO*

IN AUDITORIO MAJORI.  
AD DIEM 15. NOVEMB. A.M.DCC.LIX.  
PVBLICO ERUDITORVM IUDICIO SVBMITTIT.

AVTOR.  
**HENRICVS KELLINGHUSEN,**  
HAMBVRGENSIS.

*HALÆ MAGDEBURGICÆ.  
TYPIS JOH. CHRISTIANI ZAHNH., ACAD. TYPOGRAPHI.*